GRAMMATICA LINGUÆ ANGLICANÆ

TRIPARTITA.

Peregrinis eam addiſcendi cupidis *pernecessaria*, quin & *Anglis*, plurimúm *profutura*; præſertim *Juventuti*, tam quæ in *Academiis*, quam quæ in *Scholis* grammaticalibus, bonis literis operam navant.

Pars PRIMA.

De literarum ſimplicium & compoſitarum naturâ, numero, affinitate, differentiâ earumq; variis accidentibus.

Pars SECUNDA.

In quâ ſcribendi & pronunciandi modus demonſtratur, variæq; dictiones in quibus ſcriptura à pronunciatione differt, ordine ſub regulis diſponuntur.

Pars TERTIA.

In quâ de ſingulis partibus Orationis, earumq; Etymologiâ, diverſis relationibus, variis modis & Syntaxi; tractatur.

Authore *C. COOPER*, A. M. Ludi literarii qui eſt *Stortfordiæ Epiſcoporum* apud *Hartfordienſes* Moderatore.

LONDINI.

Typis Excudebat *J. Richardſon*, Et venunt per *Benj. Tooke*, ad inſigne *Navis* in *Cæmeterio Paulino*, MDCLXXXV.



REVERENDO

Admodum in CHRISTO *Patri*

ac DOMINO DOMINO

SETHO

Episcopo SARISBURIENSI

Nec non

Nobilissimi Ordinis S. Georgii

CANCELLARIO

Honoratissimo, &c.

NOli obsecro indignari, *Vir Amplissime*, quod inferioris classis sacerdos, *Ecclesiæ Præsulem*, omni-

genæ eruditionis *Profeſſorem*; Grammaticæ rudimenta traditurus improviſâ hac inſcriptione compellare auſim. Ad hoc audaciæ me adegit imprimis *humanitas veſtra* ſingularis nemini non nota, Dein inſignis illa beneficentia, quâ Scholas noſtras *Hartfordienſes* in perpetuum cohoneſtare, & in literis candidatorum ſtudia plurimùm promovere dignatus es. Quæ fidem faciunt *Dominationem Veſtram*, non ſolùm *Grammaticas literas* non contemptui *habituram*, ſed quaſcunq; ipſas promovendi methodos æqui boniq; *conſulturam*. Præterea quic-

quid

quid in hoc Elementario præsta-
re conata est Tenuitas mea, op-
timè novit *Amplitudo vestra* dirigere, corrigere, condonare. Id quod humiliter expeto obsecroque.

Nunc si mihi per modestiam vestram liceret in laudes multis tibi nominibus debitissimas excurrere; & si de præclaro *Ptochotrophio Buntinfordiensi*; de annuis redditibus amplissimis, quos in Scholarium alimoniam *Collegio Christi* in *Academia Cantabrigiensi* concredidisti, de privilegiis, quæ sedes, olim vestra *Exoniensis*; quæq; *Illa*, cui nunc meritissimè præsides, *Sarisburi-*

ensis , accepta refert, deq; aliis egregiè factis ; eo, quo par est, dicendi genere perorare conarer ; meas longè superaret vires ; quodq; etiam esset *Reverentiam vestram* lacessere potius, quam *propitiam* reddere. Stylo itaq; fræno imponam, &, quod me magis decet, hujus audaciæ veniam suppliciter comprecatus , ad pedes *vestros* me conjicio , atq; *ut ad Dei gloriam,* Ecc*lesiæ emolumentum & literarum profectum , diu diuq; beata fruaris vita, humilimè precor, qui sum* R*everentiæ vestræ.*

Servus Cliensq;

Venerabundus.

C. Cooper.

uthores nonnulli qui de hoc Argumento scribere operæ pretium duxerunt.

Inter Veteres.

NON dedignati sunt *Imperatores. Julius Cæsar* librum scripsit ad *M. T.Ciceronem* de vocum analogia. *Octavius gustus* & *Caius Cæsar* de literis. *Carolus Magnus* de pro- o sermone Grammaticam scripsit. *Messala Corvinus* inter manos Orator inclytus de *s. Varro, Appio, Priscianus*, *intilianus* literarum numerum exquirere conati sunt. ctus *Basilius* Græcam, Sanctusq; *Augustinus* latinam compo- grammaticam. *Adamantius Martyr* de *b. v.* Et *Ericius eanus* de interpunctione particulariter tractârunt.

Inter Recentiores.

heodorus Bibliander de ratione communi linguarum tra- it. *Erasmus*, duo *Scaligeri, Lipsius, Salmatius, Vossius, obus Matthias, Adolphus Metkerchus, Bernardus Melinchot,* q; de literis in genere scripserunt. Et *Jovianus Pontanus* spiratione.

Inter Nostrates.

ho. Smithus equestris ordinis, Reginæ *Elizabethæ* à secre- elegantem de rectâ & emendatâ Græcæ linguæ pronun- ione librum edidit. De eâdem habet *Joannes* Checus, es item auratus *Edwardi* sexti Regis Præceptor; dispu- ones cum *Stephano Episcopo Wintoniensi*, septem epistolis ebæis, comprehensas. Doctissimus *Gatakerus* de dip- gis. *R. Franklin* de accentibus linguæ *Græcæ* scripsit. his, quæ ad nostram linguam particulariter spectant, rarunt plures. Idem *Tho. Smithus* alterum de rectâ mendatâ linguæ *Anglicanæ* scriptione librum addidit. ea *Jo. Hart* è fecialibus unus (cognomento *Chester*,) *us, Bullokerus, Alexander Gill* Scholæ Paulinæ Magister narius successivè idem argumentum prosecuti sunt; præcipuè cacographiam nostram (quam nemo sanæ

mentis defendere poteſt, ob præjudicium vulgi tamen veteratum & communi hominum utilitati conſulenti paucitatem) emendare, irritâ operá, contenderunt. B lerum, *Jonſonum* alioſq; omittens, unum vel alterum, maximè ad noſtrum faciunt inſtitutum, nominabo. Grammaticam certè artem noſtræ linguæ accommodare ſo (quod ſciam) ſtuduit acutiſſimus *Johannes Wallis*. Reverendus admodum Epiſcopus *Ceſtrienſis*, *Wilkinſius* nomi cùm linguam univerſam & philoſophicam inſtruere ſata bat, primas intimaſq; grammaticæ artis rationes dedi & demonſtravit.

Cicero, in primo libro quæſtionum Tuſculanarum, ex invent ne literarum, rei adeo ſubtilis & reconditæ; nempe ex norum articulatione, eorumq; per characteres picturâ, mæ adſtruit immortalitatem. Et mirificas ejus prædic operationes, inter cætera inquit, nec vero fieri ullo m poſſe, ut à pueris tot rerum atq; tantarum inſitas notio haberemus, niſi animus antequam in corpus intraſſe rerum cognitione viguiſſet. Quid illa vis, quæ tand inveſtigat occulta: ex hácne tibi terrena, mortali tura, & caduca concreta ea videtur, aut qui diſſipatos ho nes congregavit, & ad ſocietatem vitæ convocavit: *Aut ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis te navit.* Præteria ſi *Grammaticam* in genere ſpectemus; e regula & fundamentum loquelæ, quæ omnium artium ſcientiarum, Religionis & legum eſt canalis, animi pi ra, ſocietatis vinculum: rationis enim & orationis uſu, mines à brutis intelligentiæ expertibus diſtinguuntur. *Vulgus* loquelâ aut ſcripturâ ſuas cogitationes ad alio captum exprimere inſtructum ſit, ſufficiat. *Literatos* au aptè & concinnè tum loqui, tum ſcribere decet; q docet *Grammatica*, quæ cujuſq; linguæ vernaculæ ratio & analogiam demonſtrat, eamq; per varias gentes diſſe nata, in omnia ſæcula ab injuriâ temporum conſervat; quendi errores & barbariem expurgat: difficultates, q primo aſpectu inſuperabiles videntur, fugat: Nam præ tis *Grammaticæ* peritè inſtitutis, quævis lingua faciliùs telligi, certiùs addiſci, memoriâq; diutius teneri, ve mentem citius revocari poſſit.

AD
LECTOREM
PRÆFATIO.

Propositi ratio.

CUM plurimi inter advenas, atq; etiam apud exteros nonnulli, nostram intelligere linguam Anglicanam valde cupiunt: quidam ut negotia sive mercaturam privatam sive legationem publicam commodiùs peragant; aliiq; qui apud nos peregrinantur, ut faciliùs societatem communem ineant; aliqui verò præcipuè ut doctissima nostratium opera vernaculo conscripta idiomate legant & intelligant, in quo nempe artes & scientiæ omnigenæ solidè, aptè penitusq; discutiuntur; præsertim autem Theologia, quâ præ cæteris gentibus facem tulere Nostri: ut faciliùs itaq; & certiùs hi laudabile sane suum assequantur propositum, Grammaticam linguæ Anglicanæ composui.

Alios de hoc subjecto jamdudum scripsisse non diffiteor; inter cæteros, vir acutissimus Johannes Wallis inutilem regularum molem, ad linguæ potius latinæ quàm nostræ rationem, congestam (quæq; lectoris implicat & obtundit genium) amputavit; & grammaticam ejus nostræ linguæ magis accommodare studuit. Nemo autem (quòd sciam) literarum vim & rationem rectè vel satis perspicuè explicavit, quas certè eo modo defi-

niri oportet, quo recta pronunciatio, *qualis in qualibet sit dictione, lectori innotesceret : nec eorum quisq; vocabula* ejusdem soni *sed* diversè scripta, *vel* ejusdem scripturæ *sed* diversè pronunciata, *in quibus scilicet scribendi & pronunciandi modus discrepat, methodicè sub regulis disposuit : nec deniq; quisquam, ea quæ ad syntaxin spectant, satis dilucidè, distinctè & accurate exposuit. Hoc cum perspicerem, statuebam mecum quod ad hoc institutum promovendum, vel hactenus defuisset, vel saltem non satis aptè expositum, methodicé, plenè, ac perspicuè describere. Ut meos labores aliis approbatos, & linguam, qualis in se est, ita facillimam discentibus redderem, quod tibi amice lector, si cum aliis comparaveris, liquidò patebit. Præterea doctissimi quod in hac parte perfecimus, cum perlegissent, comprobarunt.*

Linguæ Anglicæ præcellentiâ.

Priusquam vero rem ipsam *aggredior,* quædam *præmittere de linguæ nostræ* præcellentiâ, *consentaneum duxi ; de origine, variis mutationibus ; ejusq; præsenti statu ; in quo*

1. De *Copia.*

1. *Datur* Copia, *quâ nomina, quæ substantiva vocantur,* res ipsas ; *adjectiva* adjunctam *earum* naturam, *præpositiones varias* relationes ; *Verba* actiones, passiones, & situs ; *adverbia eorum* naturam ; *particulæ præpositivæ* modos ; *atq; ita cæteræ orationis partes varia loquelæ adjuncta pleniùs quàm ipsæ linguæ, quæ maximè sunt in usu, exprimere possunt : non datur verò superflua ac difficilis compositionum aut synonymorum redundantia, sed competens numerus, quo varios gradus, mensuras, qualitates, uno verbo satis aptè definire liceat, prout* ex tabulis indefatigato labore compositis, ad principium libri præfixis, de lingua philosophicâ & reali Charactere à dignissimo & admodum reverendo Johanne Wilkinsio scripti ; *videatur : ubi res omnes sub diversis generibus dispositæ, cum synonymis subjunctis, definiuntur. Cui addi potest, talis est nostræ linguæ constitutio & analogia,*

gia, ut nova fingere vel exotica adaptare sit facillimum, quòd nulla sit ars vel scientia quæ non plene ac copiosè tractetur in linguâ Anglicanâ. Summa verò cura, doctorum consilium grammaticorum, & Magistratûs authoritas priùs essent adhibenda, quàm vocabula nova vel exotica in vulgarem *usum admitti debent; puerilis enim isthæc, (insana dicam?) verborum affectatio prorsus est culpanda, cum ex proprio fonte magis apta hauriri possint; quæ nativum linguæ obnubilat decorem, linguam ipsam sibi dissimilem, confusam, fluctuantem, inutiliq; dictionum mole reddit oneratam.*

In verbis etiam tenuis cautusq; serendis,
Dixeris egregiè; notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum.

Hor. De arte poeticâ.

Alexandrum Gill Tindalii *verba recitantem audito;*
" *Nam si (quæ homini Christiano prima cura esse debet)*
"*divinorum oraculorum cognitio quæratur; tantâ fælicitate, tantâ facilitate ex Hebraico & Græco contextu in linguam Anglicam vertuntur: ut mille melius Anglicè quam latinè exprimantur, nec ullâ opus erit circuitione, ubi verbum verbo eleganter & plenè respondet. Hac de causâ plurimi scriptores Theologi quamvis linguæ latinæ scientissimi, Anglicè tamen scribere maluerunt, quia sic animi sensa optimè exprimere, sic rerum ipsarum veritatem proximè attingere se posse judicabant. Quàm nostra præ aliis linguis modernis, ad heroica poëmata decantanda accommodatur,* in præfatione ab autore anonymo anglicè scriptâ, ad Domini Rapini librum in Aristotelis poesis animadversiones præfixâ; videas.

2. *Ex tantâ copiâ talis datur electio, quòd nihil est quod non aptè nostrâ linguâ exprimi potest; quâ non tantùm res ipsæ* jejunè *indicantur, sed etiam earum affectiones variæ & ideæ* emphaticè *exhibentur. Ex. gr. substantiva* Anguish, woe, sadness, heaviness, sor-

2. De significantia.

ſorrow, trouble, dump, melancholy, agony, *varios indicant ægritudinum animi gradus.* Sad, heavy, ſorrowful, caſt down, bitter, doleful, ruful, penſive, dejected, diſconſolat, tragical *adjectiva ſunt.* Lamentable, deplorable *paſſiva abſtracta.* Be-moan, be-wail, lament, mourn, cry, complain *verba*; take on, take heavily *quæ augent*; whimper, pule, whine *diminuunt*, vex, cut, caſt down *agunt. Ita* ſin, fault, treſpaſs, over-ſight, failing, infirmity, diſhoneſty, tranſgreſſion, crime, enormity, turpitude *peculiarem quandam habent differentiam, quæ gradus, objectum, modum, conſequentiam, vel aliud quoddam reſpicit: adeo ſynonyma non tantùm ornamento, ſed utilitati inſerviunt*, accurato *præſertim* ſermone, *quo multum paucis comprehenditur, plurimæq; excitantur idiæ.*

In Praxi Gram. quartæ editionis 1674 pag. 175.

Doctiſſimus Johannes Wallis *de* genio *linguæ Anglicanæ loquens, inquit in illa non rarò, non compoſitum tantùm, ſed bicompoſitum, tricompoſitum, aut etiam pluries compoſitum*, (ſenſum ſi ſpectes), *in unâ* voce monoſyllabâ *animadvertas; ubi non tam voces ſingulæ* (quod alibi fit) *quam quaſi ſingulæ* literæ *ſuam ſignificando* vim *exſerunt, ab* ipſo ſono ſuo *petitam. Quod tamen de nativis antiquæ linguæ vocibus* (ſed nec eis omnibus) *intellectum volo; non de magnâ* vocum *farragine aliunde* advectarum, *& ſeriùs* inſertarum *linguæ noſtræ; genium linguarum unde advenerant affectantium, quæ productiori formâ & majori fortè cum pompâ incedunt, ſed ſignificationis ſunt minus preſſæ. Alibi de* Emphaſi *loquens dicit*; hæc *apud nos* tanta *non rarò exiſtit, ut longâ periphraſi opus ſit vocibus ſingularibus explicandis. Unde factum eſt, ut quæ in linguâ noſtra acutè & preſſè ſcripta ſunt*, difficiliùs *in linguas alias transferantur, & vix quidem aut ne vix quin flacceſcat ſtylus & acuminis vigor: quæ autem in aliis ſcripta ſunt, in noſtram* multò faciliùs, *eâdem elegantiâ & cum eo-*

pag. ult.

dem

dem acuminis vigore, transferantur.

Modus item derivandi substantiva & adjectiva Neutra, activa & passiva sive concreta vel abstracta; facilis est, universalis, maximâq; ex parte regularis: prout videre licet tertiâ parte hujus libri & capite primo. *Adeo ut singulum vocabulum anglicè tantum exprimere possit quantum in aliis quibusdam linguis periphrastica sententia; substantivum* expressiveness *abstractum neutrum emphaticè uno verbo latinè reddi non potest, sed ad hunc modum; potestas verbis insita multum exprimendi. Sic* good nature *& alia quam plurima. Observatum fuit à* Messieurs du port Royal *in arte loquendi, de linguæ* Gallicanæ *genio* Parte 4. Cap. 3. Sect. 1. *quod hujusmodi expressiones quæ multum brevi comprehendunt apud* Gallos *rarò inveniuntur, unde evenit, quod translatio* Græci *aut* Latini *Authoris in linguam* Gallicanam *originali multò verbosior redditur, translatio autem Authoris* Græci *in* Anglicanam *fiat brevior; Proverbia etiam in quibus multum paucis verbis comprehenditur, satis aptè & breviter Anglicè reddi possunt, aliaq; acuminis exempla* ut ne jocus quidem *amittatur.*

Literarum soni *frequentiùs quam in cæteris linguis cum rebus significatis* consensum *habent; sic voces (non dico omnes) à* Bl *incipientes flatum denotant.* Cl *adhærentiam. In* bl *desinentes motum frequentem.* Sm *motum tacitum.* Sw *motum gradibus finitum aut deflectentem.* St *vires seu stationem præcipuè preservatam.* Str *vires fortiores seu conatus.* Sp *expansionem.* Sl *motum silentem aut inopinatum.* Thr *motum violentum.* Wr *motum obliquum ant distortum; & ita in multis aliis sonus lenis aut asper, acutus aut crassus, fortis aut imbecillis, tremulus aut stridulus sicut in* crash, crush, squeez, fling, gingle, jangle, grumble, *& in illis quæ simili terminantur sono;* thunder, drum, rough, *innumerisq; aliis similem in rebus significatis affectum indicant,* In grammaticâ Johannis Wallis

Wallis de Etymologia plura videas.

De perspicuitate. *Scripta doctorum Anglicana perspicuè ac distinctè, aspectu primo intelligantur: Primò enim æquivocationes vel plures non sunt, vel intellectu non difficiles; quoniam à primario sensu non plurimùm deflectunt: latinè autem quodvis ferè vocabulum vel absolutè vel in phrasibus vel utroq; modo; diversas, quandoq; etiam contrarias habent significationes; ut multo* to punish, to handle a matter, to number, *intrita* minced meat, morter, clay, wine, dregs, *&c. magis* a kneading trough, a rolling pin, a round table, dish, shovel, gaming tables. *magìs* more, *magus*, *magis* to, with magicians, *&c. linea ambitiosa* a crooked line. *Aliaq; hujusmodi quam plurima; particulæ item quæ frequentissimè in oratione occurrunt, ut, pro, ac, &c.*

Hor. serm. lib. 1. sat. 5. Nos iter ignavi divisimus altiùs ac nos Præcinctis unum: ubi *ac ponitur pro quam. Quæ in dictionario vel Phraseologis videantur. Secundò compositorum atq; etiam derivativorum sensus ex simplicium & primitivorum sensu facillimè dignoscatur;* spend *consumo &* thrift *parsimonia compositi* spendthrift *significationem indicant, latinè indictus* declared, not declared, *multesimus* exceeding great, least of all. *Officio* to hurt, to do, to stop up, to dy cloth. *Officium officio* to, in, by, duty, *&c. Tertiò verborum modi nominumq; casus per particulas præpositivas distinctè sine ambiguitate exprimuntur:* legam *verò latine sensum non determinat sive significaret intentionem vel voluntatem* I shall or will, *libertatem* may, *potestatem* can, *necessitatem* must: *ita legerem* I should, could, would, might. *Auferendi casus sine præpositione sensum linquit ambiguum, mundo* to, in, with, for, from the world. *Mundo mundas* I cleanse; *ejus, suus sua suum sive sit* his, hers, its *non distinguit. Quartò verborum ordo ut plurimum naturalis, semper facilis est; ut animus in exquirendo sensum totus occupetur: aliter autem evenire solet, cùm, ad frequentem*

quentem ejusdem soni concursum vel aliam quamvis asperitatem evitandam, verba concordantia vel sibi ipsis invicem relata, diversis separata locis, diversis applicari vocibus, vel non statim comperiri, possunt ; *ut* in primâ primæ orationis Tullianæ sententiâ.

4. *De Elegantia.*

Omnium qualitatum quæ linguam reddunt elegantem, capax est nostra ; *quem ad finem conducunt* copia, significantia, perspicuitas ; *accedat præterea verborum sonus in oratione (nam gutturalibus aspiratis nunquam utimur) dictu facilis, auribusq; gratus* ; *cùm enim terminationes sunt variæ, facilè asperorum eorundemq; vitetur concursus sonorum, sermo metaphoris ornari dilucidis, æquali dictionum longarum breviumq; compositione euphonicus, sensusq; particulis elegantibus distinctus reddi potest : Stylus humilis & familiaris, sublimis & magnificus, gravis & pressus variis historiæ generibus, philosophiæ, theologiæ possit accommodari. Quod ex liturgiâ nostra, eximiisq; hodiè Authorum scriptis, eloquentiæ multiplici jucundâq; varietate elucentibus manifestatur, quorum stylus ex verbis selectis benéq; ordinatis sine affectatâ dictionum aut phrasium superfluitate compositus, virilis, politus, elegansq; constituitur,*

De facilitate.

Vocabula synonyma non nimis numerosa, primitiva plerumque monosyllaba, ex quibus unum, cum particulâ sensum modificante, plurium compositorum supplet locum ; *ut* go up *ascendo*, down *descendo*, over *supermeo* ; upon *supergredior* ; under *subeo* ; to *accedo* ; from *discedo* ; on *progredior* ; behind, after *à tergo, post incedo* ; before *præeo* ; beyond *transeo* ; forward *pergo, proficio* ; backward *retrogredior, reversâ facie incedo* ; in *intro* ; in hand with *incipio* ; out *exeo* ; beside *prætereo* ; through *pervado* ; through with *perficio* ; straight *incedo directus* ; about *circumeo* ; for *pro* ; against *contra* ; astray *erro* ; *Sic* break, bring, com, lay, make, put, set, run, stand, strike, take, *frango, duco, venio, struo, facio,*

cio, colloco, pono, curro, sto, ferio, capio, aliaque; quæ communes rerum actiones denotant; quandoq; autem verbum ponitur pro pluribus; ut mark *pro* take notice of *observo*, advance, go forward *proficiscor*; consider, think of *considero*; behold, look on *aspicio*; admit, let in *admitto*; esteem, set by *æstimo, &c.*

Verbis quæ actiones denotant anteponimus do: I do work, doing work; *laboro, laborans; rerum nominibus artificialium*, make: *ut* I make a house *ædifico*; *naturalium*, cause: *ut* he causeth grass to grow *faciens ut germinet herba*; *vel aliter prout phrasis diversis varietur modis: Eademq; dictio tum nomen tum verbum maximâ ex parte exprimit:* cut *scindo scissus scissura*; hurt *lædo læsus nocumentum*; *vel persimili; ut* thrive *ditesco*, thrift *parsimonia*, thrifty *frugalis*; chuse *eligo*, choice *electio electus*; web, weav.

Id, quod ad grammaticam spectat, breve, rationale, facillimumq; est. Verborum conjugationes, Nominumq; casus & declensiones nostræ linguæ prorsus sunt inutiles & alienæ, duas tantùm habent substantiva terminationes, quæ numeros distinguunt; eorum etenim variæ modificationes per triginta sex particulas præpositivas sive præpositiones dignosci possunt: Genera quæ naturâ tantùm sunt duo, diversis exprimuntur vocabulis; ut a man *vir*, a woman *fæmina. Verba regularia, (irregularia pauca quidem,) duas solùm habent terminationes; omnes modi per octo particulas; tempora per signa quatuordecem, totiusq; passivæ vocis formatio per verbum auxiliare* am *sum*; *personæ numeriq; etiam per sex pronomina* I *ego*, thou *tu*, he *ille*, we *nos*, ye *vos*, they *illi, distinctè cognoscuntur. Hoc modo totum grammaticæ Anglicanæ fundamentum per* sexaginta quatuor *particulas & verbum* am *sum addisci potest. Syntaxis est dispositio tantùm naturalis sive junctura vocum. Verba autem in linguâ latinâ sexcentas varias habent terminationes; substantiva declensiones*

clinationes quinq; ; adjectiva tres;sexq; casus in numeris ambobus ; regulæq; pro horum inflexionibus dantur innumeræ præter anomala ; unde concordantiæ oriuntur difficiles, omniumq; orationis partium regimen redditur difficillimum ; singula percurrendi hîc non est locus ; qui particularia videret, partem libri prædicti quartam de linguâ philosophicâ consulat sextumq; caput.

Nostræ cum aliis linguis mixtura, quam pro culpâ vel vituperio objiciunt quidam, idem est, quod temporis successu omnibus accidit : Germani, Galli, Hispani, Itali *dictiones à linguâ latinâ plurimas sumpsere ;* Latina *à confluentiâ latronum vicinâ, qui ad* Romulum *prout ad Asylum confugerunt, quò item ex suâ quisq; linguâ, præcipuè latini, quædam portarunt, originem duxit ; quæ postea à* Græco *fonte aucta, doctorumq; curâ fuit exornata.* Græca, Chaldaica, *itemq;* Syriaca *plurimas sumpserunt ab* Hebraicâ,*Latini à* Teutonicâ, (*ut quidam volunt*) *quæ* Anglo-Saxonum *linguæ hodiernæ,item* Germanicæ,*pluriumq; linguarum affinium origo est ; & sine dubio* latinâ *antiquior ; multas acceperunt dictiones ; ut*

Alexand. Gill. Gopius Becanus.

Volo will **Wallen**, *ventus* wind **wind**, *vinum* wine **wein**, *vastus* wast **wust**, *veho* weigh **wagen**, *veha* wain waggon **wagen**, **wain**, *vidua* widow **witwe**, *va* wo **wea**, *vellus* wool **woll**, *vermis* worm **wurm**, *valeo* well **woll**, *volvo* wallow **wahlen**,*vespa* wasp **wespe**, *via* way **weg**, *vado* wade **wadten**, **watten**, *vagus* wag **waeghen**, *vallum* wall **wall**, *venio veni* went **wend**, *vacillo* wag, waggle **waeghelen**, *ovis* ew **Belg. ouwe ove**, *versus* ward **wazen** vigilo.

Aliaq; incipientia à litera w *quam veteres* latini *scripserunt per* v. *Post captam* Græciam, *à* Romanis Græci *mutuò vicissim acceperunt. Quamvis dictionum abbreviatio, literarum additio sive mutatio; ut ipsæ linguæ idiomati accommodentur, tantam effecerunt differentiam quanta hodiè invenitur; unde non minor excitatur admiratio, quando tantam, modernas cum linguis antiquis, affinitatem habere videmus; ut* Anglicè Sack, latinè *saccus*, Græcè σακκ@, Hebraicè שׂק; *Et ita forsitan in omnibus linguis;* wine *vinum*, οἶν@; Father *pater* πατὴρ; *nostræ autem linguæ syntaxis, inter cæteras, forsitan omnes, maximè philosophica & facillima hunc usq; ad diem integra permansit. Si omnia de linguæ nostræ præcellentiâ, quæ potui, recenserem, nimis essem prolixus; Ea autem quæ jam tradita sunt, ipsam studiosis maximè redderent expetibilem, brevitatis itaq; causâ meipsum reprimo.*

De lingua Britannica.

Britannos *linguam & mores cum* Gallis *dictis item* Wallis *communes habuisse creditur (quæ prima fuit gens non liquet, ambæ ultra omnium certæ fidei historiarum memoriam antiquæ) quæ à confusione* Babylonicâ *originem duxerunt à* Phænicibus *vel* Trojanis *qui colonias hic vel illic posuerunt, quia tantam cum linguis orientalibus retinent affinitatem; nomenq;* Britannia *sive* βρετανικὴ *Arabicæ vel Punicæ originis, à* ברת אנך *terra stanni & plumbi, (quam vocarunt* Græci κασσιτερίδα *à* κασσίτερος *stannum,) à doctissimis accepisse reputatur.*

De linguæ Francicæ Origine.

Antiquam Gallorum *linguam permutarunt* Romani *Victores, ejusq; loco partim successit rudis latinismus sive* Romanshe. (*tantùm in* Armoricâ, *antiqua permansit lingua.) Postea* Francones Germaniæ *populus subjugavit* Gallos, *tandemq; cum illis coalescens* Franciam *nominavit:* Galli a Francis *dictiones* Teutonicas, Franciq; *vicissim à* Gallis *latinas longè plurimas didicerunt; Syntaxin autem* Teutonicam *à* Gallicâ

antiquâ

antiquâ vel latinâ *plurimùm differentem retinuerunt ; ex his itaq; lingua* Francica *constituitur hodierna.*

Britanniam Romani, *sub* Julio Cæsare *duce primùm ingressi sunt, cùm autem ipsa longius á* Româ *distaret, tantam non sustinuit mutationem antiqua lingua, quam apud* Francos, Hispanos, Longobardos *aliosq; ; naturales enim leges & syntaxin, quamvis pluribus commista erat dictionibus* latinis, *immutatam servarunt, quæ autem in* Britanniâ (montanis Walliæ & Scotiæ partibus exceptis) *postea ferè tota, si non omnino evanuit : Cùm enim* Saxones *a* Vortigerno *Rege in ejus auxilium accersiti fuerunt ipsi pedem hic firmarunt, fædus deinde ineunt,* Hengistiq; *sive filia sive Neptis in matrimonium datur Regi, quod dedignantes* Britanni *in arma undiq; sese contulere, Saxonum fudere copias ; Postea autem insidiis, fraude, bellisq; diuturnis* Britannos *subegere* Saxones, *populum simul atq; linguam in* Cambrobritanniam *& ad* Armoricam *usq; fugarunt ; Imperium in septem partes divisum ducentoram spatio annorum sui juris fecerint, variis tamen agitatum bellis fuit civilibus, dum* Egbertus *occidentalium* Saxonum *princeps summi tandem imperii potitus est, qui ad discordias delendas omnem eodem nomine populum Engelice, ipsamq; terram Engeland appellari jussit. Hæc* Anglorum *populi, hæc linguæ origo,* Germanicæ *sive linguæ* Teutonicæ *propago, quæq; in superiorem & inferiorem dividitur : superior duas habet eminentes dialectos.* 1. Danicam, Scandicam *& forsitan* Gothicam, *quibus attinent linguæ, quas loquuntur in* Daniâ, Norwegiâ, Sueciâ *&* Islandiâ. 2. Saxonicam, *cui pertinent variæ linguæ* Anglorum, Scotorum, Frisiorum, *atq; versus septentrionalem* Elves *partem habitantium. Postea* Angliam *invaserunt* Dani, *á quibus parum immutata fuit, eorum enim lingua* Teutonicæ *erat dialectus, ideoq; nostræ persimilis. Postremò* Gulielmus Normandiæ *Dux* Angliam *ingressus*

De linguæ Anglicanæ Origine.

Vid. Cambdeni Britanniam. Verstegani antiquitates, Usherii Armachani antiquates Britannicas, &c.

est conqueſtor cum Normannis (*qui in* Norwegiâ Teutonicam, *eandem ſcilicet, quam majores noſtri item, locuti ſunt, in* Normandiâ *autem ſuæ, centum quinquaginta annorum ſpatio, obliti; linguam* Galli-romano-francicam *didicerunt*) *qui diplomata, leges juridicas, edicta in lingua* Francicâ *ſcribi juſſit; cùm autem exiguus erat* Normannorum *numerus, quiq; etiam maximâ ex parte cito evanuit, ipſi citiùs noſtram, quàm nos ſuam, didicerunt linguam; unde non alia conſecuta eſt mutatio, quàm exigua quarundam dictionum* Francicarum *mixtura.*

Præter varias haſce mixturas, ab illo tempore, quo tantum fuit ad ſtudia incitamentum atq; literarum augmentatio, plurimum noſtra incommodum ſuſtinuit lingua, prout in magnis evenire ſolet mutationibus. 1. *Homines enim literarum avidi, verum autem vernaculæ linguæ valorem ignorantes, vel curam ſatis cautam non adhibentes, inter noſtra, exotica induxerunt vocabula; ita fecit* Chaucerus *Anno Chriſti* 1400, *quaſi nihil eſſet comptum niſi novum, ut indocti vulgi ſtupor, quod non intelligit, admiretur; quod majus noſtræ linguæ detrimentum attulit, quàm variæ hoſtium victoriæ.* 2. *In regali familiâ connubia, curiamque imitandi ſtudium peregrinas adoptarunt voces.* 3. *Frequens cum extraneis commercium.* 4. *Artium & ſcientiarum inventio ſive profectus novas cuderunt dictiones; Et in his rerum nomina, ab ipſâ gente quâ primùm illæ ſunt inventæ, (ut in aliis linguis fieri ſolet,) accepimus, unde lingua* Anglicana *defluxit* hodierna.

Pſeudo. graphiæ origo. Alex. Gill in præfat.

1. *Cum prudentiſſimus ille rex & faventiſſimus literarum* Henricus *ſeptimus Typographum* Winken de word (*qui primus ſcripta* Anglica *prelo expreſſit*) *huc è Germania evocaret, neceſſe habuit typographus, illis quos habuit typis noſtras voces excudere. Sic pro* þ *in* þin *tenuis, poſuit* thin; *pro* ð *in* ðine, thine *tuus; pro* ʒ *in* ʒuʒ, j & dg, Judge *judex, &c. hos enim*

ſonos

ſonos quibus maximè erratum eſt non habent Germani. *Et ſi huic non abſimile incommodum accederet, ut prelo corrigendo non doctus præeſſet, ſed aliquis de grege Mercatorum, qui* Germanicè *&* Anglicè *loqui poſſet, corrumpi neceſſe eſt orthographiam noſtram, & quia tempeſtiva medela adhibita non eſt, in hominum uſum correptam tranſire.*

2. *Cùm ſcriptura ex parte ſaltem retinetur in vocibus quæ ab aliis linguis derivantur, pronunciatio verò mutatur, inter ſe ſequitur concordia diſcors ; ut* anchor *anchora* ; *potius quàm* anker. *Ita* antient *antiquus*, ancient. Circingle *cingula* ; *à circumcingo* Surcingle. Chirurgion *Chirurgus*, Surgeon. confects *confectio* ; comfits. Cucumber *cucumis* ; Cowcumber. Funnel *infundibulum* ; Tunnel. Granary *granarium* ; garner. Hayward *cuſtos agri*, *à* hay hedg, *&* gard *cuſtos* ; haward. Phlegm *phlegma* ; fleam. Pretious *pretioſus* ; precious. Sciſſors *à ſciſſu*, *forſex* ; Siſſers, *Sic* heir *hæres*, hour *hora*, people *populus*, ſubtle *ſubtilis*, honour *honor*, honeſt *honeſtus*, humble *humilis*, receiv *recipio*. *Scriberemus itaq;* camrade *ſocius à camerâ*, chart *chart*, clerk *clericus*, muſcle *muſculus*, merket *mercatura*, Merchant *mercator*, phantaſy *phantaſia*, ſcluſe *emiſſarium à ſecluſu: pro* cumrade, card, clark, muſl, market, marchant, fanſy, ſluſe ? *In plurimis ita non fit, nec in ullis ratio perſuadet. In iſtis tamen vocabulis, quæ variè ſcribuntur ; ſi neutra ſcriptura pronunciationi ſit congrua ; derivatio potius ſit obſervanda; non autem in aliis, ubi iſtiuſmodi ſcriptura à ſono deflectit. Nam loquendi propoſitum, & rerum congruitas, ſcribere quod loquimur, vel loqui quod ſcribimus ; regulariter exigunt.*

3. *Cùm idem ſonus, propter differentiam ſignificationis, variè ſcribitur ; ut* I *ego*, ey *oculus* ; are *ſunt*, air *aer* ; *de quibus* Primam videas obſervationem ſecundâ parte.

 4. *Cùm*

4. *Cùm antiqua retinetur ſcriptura pronunciatio autem euphoniæ vel facilitatis gratiâ variatur, pronunciationem & ſcripturam diſcrepare neceſſum eſt*; *ut* bought *emptus*, night *nox*, half *dimidium*, know *ſcio*; *quæ politè pronunciantur* bɶt, nite, haf, kno, *& hujuſmodi*. *Forſitan atq;* ea, oa, ie *&* e *hodiè quieſcentia, ubi ſcriberent, pronunciarent.*

Linguam addiſcendi methodus: *Quicunq;* noſtram *addiſceret* linguam *non confuſè aggrediatur, ſed à primis primò incipiat, ut ad poſtrema poſteriùs ordine ac gradatim pertingat*; *quod ut meliùs perficiatur hac methodo procedere hortarer.* Imprimis *ſonos quot & quales ſunt, quibusq; pinguntur Characteribus, accuratè cognoſcere ſtudeat, hoc enim* fundamentum *eſt, cui tota linguam* loquendi *ac* ſcribendi *ratio nititur*; *in hunc finem ſonorum formationem, numerum, affinitatem & differentiam deſcripſi, vocales, dipthongos, conſonantes quæ in ullâ lingua articulatè formari poſſunt,* philoſophicè *diſcutere &* penitus *explicare ſtudui, & in diverſas claſſes diſtributas, ut uno aſpectu intuerentur, adjunctâ tabulâ expoſui. Deinde quotquot ex his* ſonis *apud nos pronunciantur quibusq; pinguntur* characteribus; *quo duplices quoſdam* ſonos *uno* charactere *pictos, & è contrario* duplices characteres *pro* ſono ſimplici eundemq; characterem *diverſos exprimentem* ſonos *videre licet.*

Secundò, in quibus vocibus iidem characteres diverſos habent ſonos, aut diverſi characteres ſonum eundem, aut ubi literæ ſunt quieſcentes, addiſcat; *hoc ſecundâ parte perfeci, quâ regulas exemplis illuſtratas tradidi, & omnes vel ſaltem præcipuas voces, quæ diverſam habent à pronunciatione ſcripturam, in ſuas regulas, (quæ voces ejuſdem naturæ continent) diſtribui*; *in hoc ſolo conſiſtit noſtram addiſcendi linguam difficultas, quod, quantum potui perſpicuum & facillimum reddere ſategi*; *non enim in ſe tam difficibilis eſt pronunciatio vel ſcriptura, quam quod nemo de hiſce*

hisce priùs hac methodo dedit regulas, vel aliâ quâ linguæ analogiam quis assequatur: ope *etenim* analogiæ *grammatici regulas suas invenerunt, laudabiles item linguæ consuetudines grammaticas composuerunt, quæ si benè sint ordinatæ, perutiles sunt; quia nobis regulas* breviter *exhibent, quas* immenso *labore & intricatâ fluctuatione per nostrum studium & diligentiam invenire cogeremur. Quædam voces varie efferuntur, quidam enim ad scripturam pronunciationem adaptant, quidam vero ad euphoniam, aliiq; nativitatis loci dialectum sequuntur; quicunq; igitur aliquam vocem particularem non pronunciabit secundum istam regulam, quâ disposui, non statim me errare cogitet, aliter enim fieri non potuit, cum sub aliquâ particulari regulâ distribuenda sit: hoc tamen dicam educatus fui meridianâ regione, quâ partem vitæ occupatæ plurimam, primis in annis, Scholæ præfui grammaticæ, ubi etiam purissima & emendata loquendi consuetudo norma est; præterea ad linguæ analogiam & vocis originem respexi, sin autem meliores quis afferat rationes, non refellam.*

Tertiò, quomodo nomina & verba, sive res & actiones modificantur, & variæ eorum relationes explicantur in syntaxi, cognoscat: quod in tertiâ parte perfeci, quâ cùm primùm diversa partium orationis genera demonstravi, postea quibus modis & rationibus varii nominum respectus, & verborum modi exprimuntur, ostendi; quæ in nostrâ linguâ particulis præpositivis peraguntur, qualis methodus loquelæ philosophiæ maximè est consentanea & in se facilima, quæq; paucissimis regulis explicetur; quod reipsâ manifestissimè apparet; ideoq; sanè mirandum est quod non tantùm extranei, sed etiam Nostrates hodie *quandam sibi fingunt difficultatem & penè insuperabilem; quod ex hoc oriundum esse puto, quòd ipsi in nostræ linguæ fundamentum & analogiam non scrutarunt; sed tantùm superficiem confusè aspiciunt, vel regulas legerunt non bene ordinatas, quales dederunt aliqui, qui nostram linguam*

accommodarant regulis latinis, quæ varias habent inflexiones pro casibus nominum, modis & temporibus verborum: hanc igitur difficultatem removere, & nativam linguæ Anglicanæ rationem exhibere proposui. Ipse, qui veram de hisce rebus sententiam proferret, ab omni opinione præjudicatâ mentem liberare necessum est; vulgaris enim consuetudo quamplurimis laborat erroribus; & quamvis quædam addidi, quæ nunquam antea lucem viderunt, contra receptam vulgi opinionem, nihil tamen novitatis, sed solùm veritatis investigandæ causâ feci, & quæ quanto maturiùs deliberantur, tanto magis confirmatur eorum veritas. Sed —— si quid novisti rectius istis, Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Quartò, varias ejusdem vocabuli significationes & quot vocabula idem significant, cognoscere studeat: at hoc ad Dictionarium *pertinet; consulat itaq; dictionarium illud (donec alterum vel ipsum magis peculiariter huic proposito adaptatum prodeat) ad finem libri prædicti de linguâ philosophicâ annexum; quod accuratissimè digestum est, & dictiones non tantum exhibet, sed rerum naturam ingeniosissimè explicat: vel* Adami Littletoni *dictionarium, aut* Skinneri *dictionarium Etymologicon.*

Si quis verò hanc methodum nimis esse operosam objiciat, omnino errat; alia etenim Præceptoris aut sermonis adjumenta non excludit, sed promovet; & certiùs ac copiosiùs in cunctis rebus dirigit: non videmus alias linguas nostrâ longè difficiliores ope grammaticæ & dictionarii acquiri? Hæc sola linguam nostram in acquirendo difficultatis est ratio, quòd nulla grammatica generaliter in usum sit recepta, & nemo ad hunc finem dictionarium accommodavit; adeo dum in alias linguas penetramus, nativæ maximè philosophicæ & facilimæ prorsus alieni sumus: nemo me gloriari putet, ipse enim qui nostræ linguæ rationem maturè & deliberatè scrutabit, verum esse cognoscet. Præterea

hoc

hoc admonendum esse velim, lingua quæ ab ore dictata, sine regulis scriptis (quæ summo probatæ judicio optimè disponi possunt) & sine fundamenti ratione acquiritur, fluctuare & citò evanescere certum est. A Franciscis *observatum fuit, quòd quidam quotidiè apud illos conqueruntur, juvenum judicia non sufficienter studio instructa, nec satis esse curâ corroborata; qui instar psittaci verborum tantum notitiam sine judicii informatione didicerunt; cùm Præceptores rerum principia & rationem discipulos cognoscere nunquam assuefaciunt, unde evenit iis, qui parum student, ut scientiæ animum perturbant, & naturale corrumpunt judicium, adeo ut sæpe sunt loquacissimi, recti autem veriq; judices raro sunt idonei.*

Deniq; amplius observandum est idioma linguæ sive peculiaris loquendi modus verba aut ordinem respiciens, sive sit naturalis, perspicuus, obscurus, mysticus, sublimis, humilis, rudis, comptus vel aliis qualitatibus præditus, quas tamen consuetudo generalis linguæ proprias reddit: sicut cum idem verbum prout his vel aliis verbis in sententiâ adjungitur, res diversas significat; & plurima verba significant idem, unum tamen in quibusdam rerum circumstantiis & phasibus magis congruum est quàm alterum; unde evenit, ut id quod in unâ linguâ sit elegans, verbatim redditum absurdum sit in aliâ. Idioma linguæ anglicanæ prædictum dictionarium Wilkinsii *respectu verborum explicat;* * *tertia pars hujus grammaticæ respectu ordinis. Sermo figurativus & artificiosus, qui mutuat significationem à rebus similis naturæ, cum aliis linguis regulas habet communes, de quo tractant Rhetorici, particulariter* Alexander Gill *in logonomiâ suâ. Idioma generalem & magis fixam habet significationem; figura in singulâ sententiâ secundum uniuscujusq; genium variatur.*

* *To be in labor*, parturire; *to be brought a bed* peperisse; *to break a jest*, jocare; *to take ones heels, and run away*, aufugere, &c.

Aliis etiam propositis inserviat hæc grammatica. 1. *Nostrates, qui ut plurimum incongruè scribunt, modum in scribendi præsertim usitatum facilè docet; regulasque*

lasque præberet ludimagistris, præsertim si Anglicana esset editio, quam destinavi. 2. Scripturæ errores emendandi, quod affectant plurimi, in futurum sit regula, temporis enim duratio tum dictiones tum scripturam, sive in melius sive in pejus mutare solet. 3. Linguam integram, inter nativos alias regiones habitantes, præservare aptum est instrumentum, cùm enim antiqui nullas de sonorum formatione regulas dederunt, tanta oritur de literarum & dictionum pronunciatione difficultas & controversia. 4. Ad linguam cum armis propagandam plurimùm conducit, & nisi tam lingua quàm arma vincunt, victoria non adeo sit perfecta nec durabilis. 5. Ipse, qui organorum dispositionem in sonis formandis rectè intelligit, hæsitantem aut balbutientem linguam, ni imperfecta sunt instrumenta, distinctè eloqui doceat; Extranei item literas, quæ sibi difficillimæ videntur, facilimè pronunciare discant.

INDEX.

INDEX.

Pars Prima.

Pars

INDEX.

Pars secunda.

Quando

INDEX.

Obſervandum.

1. Voces quæ eandem habent pronunciationem ſed diverſam ſignificationem & ſcribendi modum.

2. Voces quæ diverſum habent ſonum & ſenſum, ſed eandem plerumq; ſcripturam ; quæ tamen melius hoc modo ſemper diſtinguantur.

3. Voces quæ affinem habent ſonum, ſed diverſum ſenſum & ſcripturam.

4. Propria Nomina cum communibus, quæ eundem vel affinem habent ſonum.

Pars

INDEX.

Pars Tertia.

Alphabetum

Alphabetum vetus ANGLORUM, &c.

A	a	A	a	A	a
B	b	B	b	B	b
C	c	C	c	C	c
D	ꝺ	D	d	D	d
Є	e	E	e	E	e
F	ꝼ	F	f	F	f
Ᵹ	ᵹ	G	g	G	g
Ꮒ	h	H	h	H	h
I	i	I	i	I	i
K	k	K	k	K	k
L	l	L	l	L	l
ᗰ	m	M	m	M	m
N	n	N	n	N	n
O	o	O	o	O	o
P	p	P	p	P	p
		Q	q	Q	q
R	ꞃ	R	r	R	r
S	ꞅ	S	ſ	S	ſ
T	ꞇ	T	t	T	t
Ð	ð	DH	dh	DH	dh
Þ	þ	TH	th	TH	th
U	u		u	U	u
		V	v	V	v
Ƿ	ƿ	W	w	W	w
X	x	X	x	X	x
Y	ẏ	Y	y	Y	y
Z	z	Z	z	Z	z

Errata Typographica.

Pag.		lin.	pro	lege
2		27	*Expanditur*	*Expellitur*
20		12	*Dare*	*—ri*
23		8	*Compsiotis*	*—positis.*
28	Marg.	8	*au*	*αu*
31		14	*Insere* 3 ante	*Semi.*
32		29	*Correspond&*	*—det.*
39	C	7	*idem*	*is—*
37	D	7	i	g
55		5	*Dolor*	*dolabro.*
58		27	*wear*	*weav.*

Duæ Schedæ incipiunt à 33 & exeunt in 48.

GRAMMATICA

Linguæ Anglicanæ,

Quà Vernaculus Sermo faciliùs addiscatur.

Pars Prima.

De literarum simplicium & compositarum naturâ, numero, affinitate, differentiâ, earumq; variis accidentibus.

CAP. I.

De Elementis Loquelæ. Sect. 1.

ELementum loquelæ, quod vulgò *litera* vocatur, duplicem habet significationem. Primò accipitur pro *sono* vel *spiritûs modificati-* *Elementum duplex.*

 one:

Græcè στοιχεῖον *one*: Et in hac ſignificatione litera definitur indiviſibilis modificatio ſpiritûs, ſimplici motione particularium inſtrumentorum loquelæ formata. Secundò accipitur pro *charactere*: quo γράμμα ſenſu litera definitur pictura exprimens articulatam modificationem ſpiritûs.

De numero. Literarum ſive characterum numerus reſpondere debet numero ſimplicium ſonorum, qui ubivis gentium ſunt in uſu, adeo ut *peculiaris vis* & *differentia* cujusvis literæ non minùs *nomine*, quàm *Scripturâ* facilè dignoſci poſſit; *plures* tamen in linguâ Anglicanâ, *ut in aliis modernis*, habemus *ſonos* quàm *characteres*; ſoni etenim articulati nobis triginta duo ſunt familiares; characteres autem cum Latinis ferè communes, numeramus viginti quatuor, quod demonſtrat tabula ſubjecta Cap. 3tio.

De Organis. Præcipua organa quæ ſonis formandis inſerviunt, imprimis ſunt *pulmo aſpera arteria* & *larynx*. Pulmonis expanſione (follis inſtar) aer attrahitur, ut & contractione expellitur, ſonusq; fortior redditur aut debilior: eodem modo, prout *aſpera arteria* (ejus canalis) longior vel brevior, anguſtior vel

latio

latior fuerit (ſicut canalis vel tubuli in organis pneumaticis) ſonus mediocris, magis acutus, vel gravis redditur: dicta etenim arteria ad *laryngem* (mirificæ fabrificationis,) gutturis radici adjunctam pertingit, quæq; muſculis & cartilaginibus conſtituta faciliùs ſeipſam (ut chordula panduræ) expandit aut contrahit, quo aerem ſubtiliùs aut craſſiùs ferire poſſit, & ad arbitrium loquentis, magis acutum aut gravem (ſicut in modulatione muſicâ cujus totius eſt organum) efficiat ſonum; qualem, aſperam arteriam, ſecundùm immutabilem & fixam diſpoſitionem, efficere neceſſum eſt.

Inter apertam loquelam & ſuſurrum differentia.

Cum aer inſpiratus tremulâ laryngis concuſſione, *murmur* ſive *vocem ſonoram* edit, qualis in vocalibus, ſemivocalibus & languidè in ſemimutis auditur; fit *aperta loquela*: Sin autem abſit tremula iſta concuſſio ſive vibratio, fit *ſuſurrus*, qualis ſemper eſt in inſpiratis, *etiam* in *apertâ loquela.* Si rigeſcat aut exaſperetur larynx, ſequitur raucedo; ſin autem catarrhus abundet & tota impediatur vibratio, *ſuſurrus involuntarius* tantùm auditur.

De articulatione.

Nondum tamen *articulatus* profertur *ſpiritus*, donec magis peculiaribus inſtrumentis

ſtrumentis modificatur : ideoq; 2do. in loco, *linguæ* radix, medium, aut extremitas admota vel fixa palati interiori, mediæ, vel anteriori parti ; ſive dentium radici aut ſummitati ; & in quibuſdam ; *labia* item ſuperiora & inferiora ſibi mutuò adjuncta magis minúſve contracta, vel ſuperiorum dentium ſummitati admota (ad inſtar digitorum fiſtulæ foraminibus applicatorum) *diſtinctos* reddunt *ſonos* & *peculiares.* Ex his inſtrumentis, quæ quarundam literarum modificationi præcipuè inſerviunt, denominantur literæ gutturales, linguales, palatinæ, dentales, labiales, lingua-palatinæ, lingua-dentales.

Diviſio literarum. Cum literæ organis & inſtrumentis rectè diſpoſitis formantur, ſpiritus diverſis modis intercipitur vel per nares aut labia emittitur : ideoq; dividuntur in Vocales & Conſonantes.

Sect. 2.

De Vocalibus.

Vocalis quid. Vocalis eſt ſonus plenus & perfectus ſpiritûs liberâ & apertâ emiſſione factus : tales ſoni apud nos octo ſunt familiariſſimi ; characteres autem quinque tantùm, quibus tot attribuuntur

nomina

nomina, quorum duo ſunt dipthongi: nempe *a e i o u.*

Maximæ difficultates quæ in linguâ Anglicanâ addiſcendâ occurrunt, in variis & intricatis vocales pronunciandi modis præcipuè conſiſtunt; quædam, fateor, conſonantes difficulter formantur ab extraneis, quorum organa illarum formationi uſu non ſunt diſpoſita, facilè tamen regularum ſubſequentium auxilio addiſci poſſunt; hac enim ſententiâ contineri dicuntur, *What think the choſen Judges.* Quo autem modo vocalium characteres in omnibus vocabulis enunciare inſtruamur, *hic labor, hoc opus eſt.* *In quibus maximè conſiſtit difficultas.*

1. Quia numerus vocalium nunquam adhuc rectè determinatus fuit, cùm plures habemus ſonos quam characteres, uno enim eodemq; charactere ſcribimus *can, cane, call*; attamen in his tribus vocabulis, tanta datur inter tres ſonos diſtinctio, quanta inter cæteras vocales vicinas. Sic *o* in *rod, rode, roll, ranſom.* Et quamvis inter *bull* & *cut* minima videatur, aliqua tamen eſt differentia. Atq; licet *ee* & *oo* communem cum aliis habeant uſum & naturam, tamen inter vocales non numerantur. *Difficultatis ratio.*

2. Idem ſonus diverſis, quandoq; pluribus pingitur characteribus; ſicut in *call* voco, *caul* omentum: *crawl* repo, *loſs* damnum, *laws* leges, *nought* nihil, *taught* doctus. Sic *err* erro, *birth* nativitas, *vapour* vapor, *nature* natura, *hurt* læſura; atq; fereètiam *ar* ut *ſcholar* ſcholaris.

3. Unaquæq; vocalium brevium, pro longâ ſuâ vocali, ſonum habet vicinum ſed diverſum & gradu ſubtiliorem vel dipthongum: veram itaq; literarum philoſophiam, earum particulariter, quæ ad noſtram linguam ſpectant, indagabo; atq; ut earum natura certiùs & faciliùs intelligatur, definitiones ſimul cum characteribus apud vicinas gentes uſitatis adjungam; unde defectus & errores Alphabetorum in quàm plurimis linguis (qui vagum & dubium eoſdem characteres ſcribendi & pronunciandi modum reddunt) luculenter videantur. Apud nos characteres vocalium ſunt *a e i o u.*

Sect. 3.

De *vocali* a *linguali.*

In omnibus index diriget ad exempla in 2dâ parte.

A formatur à medio linguæ ad concavum palati paululùm elevato. In his *can* poſſum, *paſs by* prætereo, *a* corripitu

ripitur; in *caſt* jaceo, *paſt* pro *paſſed* præteritus, producitur. Frequentiſſimus auditur hic ſonus apud *Anglos*, qui ſemper hoc modo pronunciant *a* latinum; ut in *amabam.* Sic etiam apud *Cambrobritannos*; quandoq; apud *Gallos*; ut in *animal*, *demande* : rarò autem aut nunquam apud *Germanos*. Hunc ſonum correptum & productum ſemper ſcribimus per *a*; at huic characteri præterea adhibentur ſonus unus & alter : prior, qui pro vocali ejus longâ habetur ut in *cane*, definitur ſect. ſequenti; poſterior ut in *was*, ſect. ſeptimâ ſub *o* gutturalem.

De *vocali* e *linguali.* *Sect.* 4.

E formatur à linguâ magis elevatâ & expanſâ quàm in *a* propiùs ad extremitatem, unde concavum palati minus redditur & ſonus magis acutus; ut in *ken* video. Sic apud *Germanos* *menſchen* homines. Apud *Gallos* rarò, at in *excês*, *proteſte*, *ſeſſion*, & *Benjamin* obſoleto. Hunc ſonum correptum *Angli* ſemper exprimunt per *e* brevem; & *e* brevem nunquam aliter pronunciant niſi ante *r*, ubi propter tremulam ipſius motionem, & vocalis ſubtilita-

Græcè ἔψιλον.

tem ſubitâ correptione comitatam, vix aliter efferri poteſt quàm *ur*; ideo *per* in *pertain* pertineo, & *pur* in *purpoſe* propoſitum ejuſdem ſunt valoris. Vera hujuſce ſoni productio ſcribitur per *a*, atq; *a* longum falſò denominatur; ut in *cane* canna, *wane* deflecto; & ante *ge*, ut *age* ætas: in cæteris autem vocabulis, (*ni fallor*) omnibus ubi *e* quieſcens, ad finem ſyllabæ poſt *a*, adjicitur; *u* gutturalis (qui definitur Sect. 10mâ.) interſeritur poſt *a*; ut in *name* nomen, quaſi ſcriberetur *na-um* diſſyllabum. Hic ſonus, quando purè ſonatur, ſcribitur per *ai* vel *ay*; ut *pain* dolor, *day* dies; quæ hoc modo in omnibus ferè dictionibus plerumq; pronunciantur: per *ey* in *convey* deporto, *obey* obedio, *purvey* rebus neceſſariis provideo, *ſurvey* luſtro, *they* illi, *trey* trulla, *whey* ſerum lactis: quandoq; raró autem per *ea*; ut *pearl* margarita;

Corripitur in	Producitur in
Sell vendo.	*Sail* navigo.
Sent miſſus.	*Saint* ſanctus
Tell nuncio	*Tail* cauda
Tent tentorium.	*Taint* inficio.

at

at *a* in *tale* fabula pronunciatur, quasi ſcriberetur *ta-ul.* *Galli* per *e* neutrum in *perle*, margarita : vel *ai* in *paine* dolor. *Germani* per *e* in *ere long* mox. Sonus, qui pro longâ ejus vocali habetur, unde etiam denominatur, ſectione ſequenti definitur : nullum itaq; peculiare & proprium nomen ſibi aſcribitur, quamvis frequenter occurrit in linguâ Anglicanâ, & quibuſdam *mollioribus* valdè placidum.

De *vocali* i *linguali*. *Sect.* 5.

I formatur à linguâ propiùs ad extremitatem, altiùs elevatâ, magis expanſâ, unde arctius redditur concavum palati, & ſonus ſubtilior quam in *ken* vel *cane* : ut in *win* lucror, *privilege* privilegium : hunc ſonum correptum *Angli* ſemper exprimunt per *i*, quem characterem item correptum nunquam aliter pronunciant, niſi ante *r* propter rationem prædictam. Vera hujuſce ſoni productio ſcribitur per *e* ſyllabam claudentem ; ut in *female* fæmina ; quando autem ſonus proximæ conſonantis duplicatur vel ad *e* jungitur, ſonum habet *e* brevis ; ut *el-egant* elegans ; per *ea* quando conſonans claudit

Græcè ῆτα

claudit ſyllabam ; ut *wean* ablacto : in fine ſyllabarum per *y*, *gravity* gravitas : per *ei deceive* decipio. *Galli* per *i* ut in *privilege* privilegium, vel *e* maſculinum in *pieté* pietas. *Germani aliique* per *i* ut *Jche bin* ſum, *wider* contra. Sonus, qui pro vocali ejus longâ habetur, unde etiam denominatur ; dipthongus eſt, quæ deſcribitur Cap. 2do. Sect. 5tâ.

Sect. 6. De *vocali* ee *linguali.*

Ee formatur extremitate linguæ dentibus inferioribus affixâ, ad ſummum gradum expanſâ & elevatâ, unde ſpiritus ſive aeris exitus maximè comprimitur, & ſonus omnium vocalium clauſiſſimus, & ad conſonantium naturam proximè accedens redditur ; ut in *feet* pedes, *feed* paſco ; ideoq; minima datur differentia inter correptionem & productionem, quia tantillum in illis formandis datur ſpatium inter linguam & palatum. Hunc ſonum *Angli* quandoq; etiam ſcribunt per *ea* ; ut *ear* auris : per *ie* ut *field* ager ; & *ee* ſemper in hoc ſono pronunciant : prout *vicinæ gentes* quandoque *i*. *Galli* in *indiviſible* indiviſibilis

lis. *Germani* item per *ie*, *ziel* meta, *ee*, *meer* mare.

Hactenus de vocalibus à linguâ formatis, quarum *vis* vel *differentia* ac simul *numerus* facilè subsequentibus exemplis *Demonstrari* possint ; *ha* [interjectio] *hay* fœnum, *the* [articulus] *hee* ille. In his exemplis, quæ producuntur omnia, *a* duos habet sonos. 1. Ponitur etenim pro primo sono linguali, seu correpto seu producto ; Et 2. Pro isto sono, qui vera est productio *e* in *ken*, [nempe secundi soni lingualis] *e* supplet locum posterioris *a* brevis [nempe secundi soni lingualis correpti ;] atq; locum item tertii soni lingualis producti, [nempe *i* longi] ideoq; character *i* inter vocales productas locum non habet, sed ad dipthongos relegatur. Nullum nomen sibi proprium ascribitur *a* in *hay*, tria itaq; tantùm sunt simplicium vocalium, inter linguales, nomina : (nam *i* longum in *wîne* est dipthongus) quatuor autem characteres. In hoc solus error & difficultas consistit, quòd *e* in *wen* scroffula, non denominatur ab isto sono, qui ibi auditur sed ab *i* in *win*, lucror ; & *i* in *win* non denominatur ab isto simplici sono, sed à dipthongo

thongo *i* in *wine*: Vocales enim correptæ regulares ſunt, ſoni tamen qui pro productis habentur, & nomina quæ ab illis derivantur, *perperam* & *incongruè* correptis applicantur, in correptis quatuor dantur *ſoni*, & totidem *characteres*: ut in *wan* lividus, *wen* ſcrofula, *win* lucror, *ween* opinor; ſi itaq; correpti cum productis recte copulati eſſent, & ab iſtis ſonis congruè nominarentur, nullus eſſet *error*, nulla *difficultas*, hoc modo.

wan	*wen*	*win*	*ween*
waſp	*wane*	*wean*	*wee*.

Sect. 7. De *vocali* o *gutturali.*

Græcè *o μίκρον*.

O duplicem habet ſonum: Prior formatur à radice linguæ ad interiorem palati partem admotâ, dum interim linguæ medium deprimitur, maxima itaq; facta eſt diſtantia inter partem linguæ & palati, anteriorem, unde omnium vocalium maximè plenus & apertus profertur ſonus: ut in *loſs* damnum. Quem correptum ſemper hoc modo pronunciant A*ngli* niſi in quibuſdam vocabulis ante *m n v*, ubi ſonatur

natur ut *u* gutturalis; Et poſt *w*, ubi correptionem habet *o* labialis: ſcribunt quandoq; per *a*, *was* eram, *watch* horologium. Productum per *o*; ut *loſt* perditus; *a* præcipuè antè *ll lt*, *all* omnis, *aw*, *awl* ſubula; in tribus per *oa*, *groat* drachma, *broad* latus, *abroad* foris; *au*, *cauſe* cauſa, *augh*, *caught* captus; *ough*, *it ought*, oportet; *Germani aliique* ſeptentrionales per *a*; ut *man* homo, *haben*, habere; *Galli* per *a*; ut *almanach* calendarium; hic ſonus apud *Anglos* neque charactere nec nomine diſtincto dignoſcitur: diſtinguendi gratiâ ſcribemus (*a*).

De *vocali* o *labiali*. *Sect.* 8.

O formatur à labiis paululùm contractis, dum ſpiritus orbiculatus emittitur: ut in *hope* ſpes; productum ſemper, (niſi in paucis quæ per *oo* ſonantur; & ante *l* per *ou* labiales: ut in *bold* audax) hoc modo pronunciant Angli, quem aliquando ſcribunt per *oa*; ut *coach* currus; correptus raró auditur, niſi in paucis, quæ à conſonante labiali incipiunt; ut poſt *w* in *wolf* lupus, *wonder* mirum; & in ſyllaba *wor*; plura non memini: in qui-

Græcè ω μέγα.

quibusdam *u* hoc modo pronunciatur, ubi præcedens vocalis est labialis ; ut *pull*, vello, *full*, plenus ; non quia debet sed quoniam aliter faciliùs efferri nequit : Et *oo* in *good* bonus, *hood* cucullus, *wood* lignum ; *I stood* steti ; *Galli* per *o* ut *globe* globus, *proteste* protestor ; in *copy* exemplar corripitur. *Germani* per *o*, ut *ostern* pentecoste ; quem in principio dictionum ferè producunt : in *wort* verbum ; *Gott* Deus corripitur.

Sect. 9. De *vocali* oo *labiali*.

Oo formatur à labiis plurimùm contractis, ut *book* liber, *boot* ocrea ; inter sonum correptum & productum minima datur differentia, propter rationem prædictam sub *ee* ; semper hoc modo pronunciamus nisi in illis, quæ Sectione præcedenti & sequenti excipiuntur ; in paucis item hunc sonum exprimunt *Angli* per *o* ut *move*, moveo ; *oa boar* aper ; *ou court* curia ; *Germani* per *u* ut *zuflucht* refugium. *Galli* per *ou* ut *coupe* poculum.

De

De *vocali* u *gutturali.* Sect. 10.

U formatur tantùm in gutture, à larynge ſpiritum vibrante, nudum efficiente murmur, quod idem eſt cum gemitu hominis ægritudine vel dolore excruciati; quodq; infantes (priuſquam loqui valeant) primùm edunt: Et fundamentum eſt, à quo *omnes cæteræ vocales*, variâ modificatione conſtituuntur. Primum itaq; locum ſibi vendicare jure poteſt; poſtremum verò, propter morem vulgatum, collocavi. Hunc ſonum correptum vix unquam aliter pronunciant *Angli* quàm in *nut* nux; prout etiam in linguâ latinâ, ni ubi conſonans præcedens ſit labialis, ut priùs dixi, & labiis dat formam quâ ſonus plenior effertur, ut in *pull*, vello, inter hos minima datur, datur tamen ſpecifica, differentia; ille etenim ſonus dilutior eſt, hic plenior, ille formatur a larynge tantùm in gutture, hic à labiis contractis; dum itaq; *o* labiis formatur in ſono continuato, ſi recedant labia in oblongam formam formatur *u* gutturalis; in quibuſdam ſcribitur per *o*, ut *to come* venire; *Galli* hoc modo, vel ſaltem

ſaltem perſimili, olim ſonarunt fæmininum *e*, ut in *providence*. Germani ſyllabas *ham* & *berg* in propriis nominibus. Nunquam in proprio ſono apud nos productum audivi, ni in muſicâ modulatione, vel inter populos, præcipuè pueros cunctanter pronunciantes; pro longâ enim vocali aſſumit dipthongum *eu*; unde etiam denominatur: ut *mute* mutus; prout in *Neuter*, ȣδέτερος, idem fere cum Gallorum *u* de quo inter dipthongos dicetur.

Sect. II.

De vocalium Accidentibus.

De productionis ſignis.

1. Quævis vocalium corripitur, & niſi *u* gutturalis in proprio earum ſono producitur, unde *numerus* vocalium *duplicatur*, non autem in *eſſentiâ*, ſed tantùm in *menſurâ temporis*. Tribus modis hæc productio, vel ſonus, qui pro vocali longa habetur; cognoſci poſſit.

1. Si vocalis ſyllabam claudat, pro longa habetur; *Dia-dem* diadema, *fa-ble* fabula, *e-ject* ejicio, *fi-nite* finitus, *no-ble* nobilis, *gru-el* pulmentum.

2. Quando *e* quieſcens ad finem ſyllabæ adjungitur, *mat* teges, *make* facio;

facio; (ubi *e* finalis poſt *a* additur; *a* fere ſemper pronunciatur *a u* ut in *make*,) *win* lucror, *wine* vinum; *hop* lupulus, *hope* ſpes; *nut* nux, *mute* mutus.

3. Cum alia vocalis inſeritur: *men* homines; *mean* medius; (*e* longum, niſi in *mete* metior; hoc modo ſemper dignoſcitur) *coat* tunica; *guide* dux; *fruit* fructus.

Soni *a* in *laſs* puella; & *o* in *nor* nec; cùm producuntur ut in *laſt* poſtremus; & *north* ſeptentrio, nullis diſtinguuntur ſignis, quippe in illis nulla alia datur differentia, quam duorum temporum menſura; cùm in aliis, ſonus diſtinctus à brevi, pro longo habetur; tamen *o* linguale quandoq; (ut jam dixi;) aliis deſcribitur characteribus.

Hæc methodus nec congrua eſt, quia ſignum in ſeipſâ vocali quærendum eſt: ubi datur productio; nec certa, non ſemper enim *e* ad finem, ſed etiam aliæ vocales in medio ſyllabæ, hanc tantùm productionem innunt; aliquando *e* etiam finalis, ut in nominibus propriis, diſtinctam conſtituit ſyllabam; atq; aliquando poſt ſyllabas correptas additur, ſed de *mirificâ* literæ *e* poteſtate, & uſu plus dicetur Parte ſecunda. Capite ſecundo. Veteres characterem duplicârunt

runt, *amaabam*, & *Germani* hodie *waar* verus.

Sect. 12. ## *De variâ pronunciatione.*

Singulæ voces in ſubtili, medio, vel gravi ſono pronunciari poſſunt; prout organa majora ſunt vel minora; appulſus activorum inſtrumentorum, ſive linguæ, ſive labiorum; ad paſſiva, ſeu dentes, ſeu palatum; fortior ſit aut debilior: vel prout emiſſio ſpiritûs à pulmonibus per latiorem aut anguſtiorem, longiorem aut breviorem tranſitum aſperæ arteriæ, laryngis, vel oris, cum vi majore, minoreve percolatur. Unde, eadem ſpiritûs motio eundem ſonum ſpecificum conſtituens, ab iiſdem facta organis ſpecificis, in variis tonis proferri poteſt; quod apparet per ſermonem perſonarum utriuſq; ſexûs; juvenum & ſenum, valentium & ægrotorum, atq; hominum in variis regionibus habitantium. Quidam *perlatè*, *apertè* loquuntur; alii *acute*, *clauſè*; aliiq; *mediocriter*. *Germani*, *Cambrobritanni aſpere* & *difficulter* loquuntur in gutture, ſic lingua *Hebraica* in gutturalibus abundat. *Galli* vocales in palato *rapidè* & *celeriter*; ſic Græca in vocalibus. *Angli* literas,

literas, syllabas & voces a labiis *strenuè, distinctè*: sic latina ex convenienti consonarum & vocalium mixtura constituitur. Ex hac & ratione sequenti evenire solet; quòd exteri, sonos, quos nunquam antea audiverunt, se invicem loqui putent; quia Alphabeta generaliter, præter Hæbraicum, valdè sunt imperfecta, neq; rectè aut satis plenè *nominibus* & *characteribus* distinguuntur soni, non enim adæquatus characterum distinctorum numerus, ad diversos exprimendos sonos applicatur: atq; homines cogitationes a characteribus abstrahere nequeunt, ut verum sonorum simplicium numerum & potestatem intelligant; quin secundum characteres, quos juvenilibus annis didicerunt, falsam de sonis ferunt sententiam. Præterea diversæ Gentes compositos habent sonos sibi peculiares; ut in linguâ Anglicanâ *the same* idem, in oratione interspersos; unde tanta oritur in tota dialecto differentia, quanta hominibus diversarum gentium apparet. Nam vocalem vix unquam audivi aut excogitare potui, quæ sub sonis correptis, vel productis vel ex iis compositis, quos describere aggressus sum, referri non posset.

Sect. 13. *Quomodo vocalium numerus adinveniri potest.*

Singulas vocales ſyllabam claudentes, vel etiam per ſe abſq; aliarum literarum conjunctione prolatas, longas eſſe, neceſſum eſt: correptio enim vocalis facta eſt à ſubito appulſu vel colliſione inſtrumentorum, comprimente ſpiritum vel totum intercipiente: ubi itaq; nulla ſequitur conſonans, vocalis correpta eſſe non poteſt; ideoq; in *ha* (interjectio) *hay* fœnum; *the* (articulus) *thee* te, *ſo* ſic, *ſhoo* calceus, *a ſaw* ſerra, ſeptem dare ſonos ſpecificos & productos, proculdubio concedendum eſt, quibus ſi addatur *u* gutturalis ſemper correptus, octo apud nos uſitatas eſſe vocales videamus. Tot itaq; debent eſſe diſtincti characteres, & unicuique peculiare nomen à proprio ſono ſumptum adhiberetur. Ut *a e i ee o oo ɑ u*. Quæ ſecundum ordinem in quo formantur, hoc modo diſponi debent. Ut

U	*ɑ*	*a*	*e*	*i*	*ee*	*o*	*oo*
Cup	*con*	*can*	*ken*	*kin*	*keen*	*cope*	*coop*

hæ autem certius & facilius per aurem, quàm per ſcripturam intelligi & addiſci poſſunt; quia ſonus oculis percipiendus non eſt.

Vera

Vera vocalium correptio & productio, & quomodo unaquæq; vocalium brevium, pro longâ ejus vocali, ſonum habet vicinum, ſed diſtinctum & gradu ſubtiliorem, aut dipthongum; ex antedictis cognoſci poteſt. Sed præterea ad hujuſce rei demonſtrationem, vocales correptas, cum ſonis qui pro vocalibus productis habentur, comparabo: deinde eaſdem correptas, cum vocalibus in ſuo genuino ſono productis comparatas oſtendam. *Sect. 14. Vera vocalium brevium productio*

Vocales, ſecundum inſtitutum vulgare, comparantur hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	
Can	*met*	*will*	*folly*	*cut*	*me et*	*foot*	*Breves*
cane	*mete*	*wile*	*foal*	*cruel*	*need*	*fool*	*longæ*

O pro duabus vocalibus ponitur diſtinctis, unde ſeptem tantùm ſunt characteres. Hæ vocales correptæ ſecundum genuinam pronunciationem hoc modo comparari debent.

1	2	3	4	5	6	7	8	
Can	*Ken*	*will*	*folly*	*full*	*up*	*meet*	*foot*	*Correptæ*
Caſt	*Cane*	*weal*	*fall*	*foale*	——	*need*	*fool.*	*productæ.*

Ex his videre licet quòd.

(*a*) in *can*	mutuatur vocalem longam ab	(*e*) in *ken*, *Cane*
(*e*) in *ken*		(*i*) in *will*, *weal.*
(*i*) in *will*		(*ui*) in *wile* dipthongo
(*o*) in *folly*		(*o*) in *full*, *fole.*
(*u*) in *full*		(*eu*) in *fuel*, dipthongo
(*u*) in *but*		eodem etiam ſono

Siquis ſonorum peritus dijudicator veritatem hanc magis perſpicuam & procul ab omni dubio confirmatam haberet, ſonorum tempora in muſicâ modulatione accuratè obſervare adhortarer ; ubi omnes vocales veram in earum proprio ſono productionem habent: quò item quonam modo, *u* in *up*, aut quamvis aliam vocalem correptam, productam eſſe addiſcamus;omnes enim vocales ab earum verâ productione, propria ſibi nomina aſſumerent. Cùm itaque res ipſa loquitur, me nullo modo ; ad ea particulariter refutanda, quæ alii de hoc ſubjecto falſò ſcripſerunt, obligatum eſſe video.

Y in omnibus monoſyllabis & poſt *f* pronunciatur ut *i* Diphthongus in *wile*, vaframentum ; ut *ſly* vafer ; *pacify* pacifico ; In cæteris ut *e* in

weal

weal res. In paucisq; scribunt quidam *ey valley* vallis. In fine dictionis *ay*, *ey*, *oy* ponuntur pro *ai*, *ei*, *oi*: ut *say* dico; *obey* obedio; *joy* gaudium. *Ey ei* raro utimur, eundemq; cum *ai* habent sonum. *Ye* syllabam inchoans definitur inter consonantes. Jam de vocalibus compsiotis dicetur, sive

---

CAP. II.

De *Dipthongis*.

Sect. I.

DIpthongus (prout vulgo accipitur) est conglutinatio duarum vocalium in eâdem syllaba, vim suam servantium. (Quamvis Etymologia dipthongi à δὶς bis & φθέγγομαι sono; comprehendat item consonantes; satis verò aptè bivocalis denominetur) Ad dipthongum itaq; formandam duplex loquelæ instrumentorum motio requiritur, unde posterior pars soni à priore dissonans auditur.

In his *ea eo ie oa* vocalis posterior aperta est; ideoq; in dipthongos coalescere non possunt; quia nullus datur terminus, quo spiritus coerceri & con- *De dipthongis impropriis.*

 glutinari

glutinari poſſit; Quandocunq; igitur plures hujuſmodi vocales concurrunt; ex illis unum vel ſignum eſt productionis; ut *boat* cymba: vel alterius ſupplet locum vocalis, ut *I read* pro *reed*, lego; *fire* pro *fiur* ignis; vel omnino quieſcit; ut *head* pro *hed* caput; *hearth barth* focus; vel in duas dividuntur ſyllabas; ut *real* realis; *geometry* geometria; Boaz (nomen proprium) *tuition*, tuitio; quæ duobus punctis aliiſve ſignis diſtingui poſſent. Æ & œ latinam ſemper *e* pronunciamus. Sic in *doing* agens, à *do* ago, *going* proficiſcens, à *go* proficiſcor; ubi terminatio adjungitur; diſſolvitur *oi*.

Soni *ee* & *oo* omnium vocalium clauſiſſimi; & ad conſonantium naturam proximè accedentes; aliis vocalibus ſolummodò ſubjungi poſſunt, ideoq; neq; plures neque pauciores quàm ſex utriuſque generis, in rerum naturâ, poſſunt eſſe *bivocales* vel dipthongi. Hoc ſemper obſervandum eſt: *i* & *u* ſonos habere *ee* & *oo*, quando cum aliis vocalibus ſubjunguntur, & in dipthongos coaleſcunt.

In dipthongis ſequentibus ſonus *ee*, ſemper ſcribitur *i*, cùm cæteris vocalibus ſubjungitur.

De

De Dipthongo ai. Sect. 2.

1. Sonus *a* in I *can* possum; I *cast* jacio; conjunctus cum *i* sonum literæ *ee* exprimente; constituit dipthongum in *bait* esca; *caitiff* homo improbus; *ay* pro *I* vel *yea* imo; & *eight* quam vulgariter pronunciamus *ait*. Plures haud scio: distinctionis causâ, hæc prior per a*i*, proxima per *ai* scribetur.

2 *E* in *ken*, vel *a* in *Cane i* præpositus dipthongum *priori* subtiliorem constituit; ut *praise* laus: in paucis scribimus *ei*, vel *ey* finalem; ut *height* altitudo; *weight* pondus; & *convey* deporto; aliaq; quæ supra sub *e* ostendimus: quibus exceptis, cætera scribuntur cum *ai* vel *ay* ut *hainous* detestabilis; plerunq; autem in colloquio familiari, negligenter loquentes pronunciant *ai* prout *a* simplicem in *Cane*. ai *vel* ei

3. *I* in *will* vel *e* in *weal*, cum *i* id est *ee* coalescens, (*vocales omnium acutissimæ, & inter se paululùm dissonantes*) subtilissimam constituunt dipthongum. In linguâ Anglicanâ nunquam legenti occurrit. ei *vel* iee.

4. *O* in *loss*, *lost*, *i* præpositus pronunciatur ut *joy* gaudium; *coy* aversus; *au vel.* ai.

coif

coif capital; in omnibus fere vocabulis hoc modo pronunciamus *oi*, semper Græcè, ut πολλοὶ.

oi 5 U in *full* vel *o* in *fole* cum *i*, nisi in *boil* coquo, *moil* laboro, *point* punctum, *poison* venenum, apud nos non pronunciatur: huic verò æquivalet *oy* in Gallico *buoy* supporto; quod nos scriberemus *bwoy*; at *boy* puer dissyllabum est, scilicet *boαi*.

ui 6 U in *Cut* & *i*, dipthongum facillimè constituunt, quam *i longam* vocamus; ut *wine*, vinum, hoc modo pronunciatur ante *nd* finales; ut *blind* cæcus, *wind* ventus: at *pin'd* pro *pinned* aciculа subnexus; à verbo *to pin*; brevis est; *pined* marcidus; à *to pine* marceo; dipthongus est. Scribitur per *ui* in *beguil* fallo; *disguise* dissimulo; *guide* dux; *guidon* Imperatoris baculus: per *oi* in *in-join* in-jungo, *joint* junctura; *jointur* dos, *broil* torreo, *ointment* unguentum.

Hactenus de primâ classe dipthongorum a*i* *ai* *ei* *αi* *oi* *ui*. His primis totidem etiam respondent in classe secundâ.

De Dipthongo au.

Sect. 3. 1. *A* in *can*, *cast*, cum *u* coalescen-

re

respondet *ai*: Nunquam occurrit in Nostrâ linguâ. *Lance* hasta, *lancet* scalprum Chirurgicum, à lanceola: *lanch* navem solvere à G. *lancer*, Jaculari, *Ganch* in sudes acutas præcipitem dare, *hant* à G. *hanter* frequento; *hanch* à G. *hanche* femur; *Gant*, macer quasi *want* ab A. S. *wana* carens, *gantlet* chirotheca ferrea, *landress* à lavando, nullo modo scribi debent cum *u*; contrà enim suadent sonus & derivatio; falsò itaq; scribuntur launce, *&c.* Quædam vocabula à latinis præcipuè derivata scribimus per *au* pronunciamus prout *au* vel *a*. *audacious* audax; *maunder* murmurare; à G. *maudire maledicere.*

2. *A* in *ken*, *cane u* præpositus respondet *ai* in *dainty* lautus; apud nos vulgò non auditur; quædam vero molliores concinnitatem nimis affectantes in hoc sono pronunciant *ou* vel *ow* ut *bow*, quasi *hau* quomodo: *au* etenim cum *ou* in *rout* turba, magnam habet affinitatem. au

3 *E* in *will*, *weal* cum *u* coalescens nobis familiarissimus est, quem vocamus *u* longum; ut *funeral* funus, *huge* ingens; *juice* succus, scribimus per *ew*; ut *chew* mastico; *knew* cognovi; aliisq; temporibus verborum præteritis: quando eu

do ſyllabam finalem claudit, additur *e*, *true* verus; raró per *eu*, *rheum* rheuma; ſic ſemper pronunciamus *eu* latinum, & *ευ* Græcum: & *Galli* plerumq; illorum *u*, quandoq; autem ſubtiliùs quaſi ſonus eſſet ſimplex, ſed hæc difficilis & *Gallis* propria.

ou *vel* au — 4 *O* in *loſs*, *loſt* conjunctus cum *u* ſemper ſcribimus per *au*; ut *audible* audibilis, *audience* audientia; *audit-or-y* auditorium, *augment* augeo, *augury* augurium, *auguſt* auguſtus, *auricular* auricularis, *auſterity* auſteritas, *authentick* authenticus, *authority* authoritas, *cautious* cautus, *fraudulent* doloſus, *laudable* laudabilis, *laurel* laurus, *plauſible* plauſibilis, negligenter loquentes pronunciant prout *a* tantùm: in cæteris vocibus *au* & *aw* ſemper prout *a* pronunciamus.

ou *labiales.* — 5 *O* in *full*, *fole* cum *u* conjunctum conſtituit dipthongum in *coulter* vomis, *four* quatuor, *mould* panifico, muceſco, typus in quo res formatur; *moulter* plumas exuere, *poulterer* avicularius, *poultry* alites villatici, *ſhoulder* humerus, *ſoul* anima; in cæteris hunc ſonum ſcribimus per *o* ante *ll* finalem, vel *l*, quando præcedit aliam conſonantem; ut *bold* audax; quidam hoc modo pronunciant *ow*.

6. U Gut

6 U Gutturalem ante, *u* Germanicum *oo* anglicè exprimentem ſemper, ſcribimus per *ou*; ut *out* ex; *about* circa; *ou* tamen aliquando, præter ſonum priorem, ſonatur ut *oo*; ut I *could* poſſem; ut *u* gutturalis, *couple* copulo; ut *a* *bought* emptus; diſtinguendi gratiâ ſcribemus *yu*; ex his conſtituitur dipthongorum claſſis ſecunda. a*u* *au* *eu* *au* *ou* *yu*.

A*i* Rariſſimè utimur: *ai* frequenter: *ei* rarò ſcribimus, ſemper *ai* ſonatur: *oi* frequentiſſimè *a* pronunciamus, rariſſime in labiali ſono, à quo denominatur *o*, *ui* rariſſimè ſcribimus, ſic autem *i* longum ſemper profertur: a*u* *au* ſemper ſonantur ut *au* vel *a*: *eu* rarò ſcribitur, ſic autem *u* longa ſemper pronunciatur; *ou* in ſonis labialibus rarò; ut *yu* frequentiſſimè ſonatur.

Quoſdam, *ee* & *oo* eundem cum *ye* & *we* habere valorem, cæterisq; vocalibus & ſibi ipſis invicem præponi affirmaſſe *non me latet*, ideoq; ſcribunt.

ia ia ie ii ia io iu iy.
pro ya *ya ye yee ya yo yoo yu.*

ua ua ue ui ua uo uu uy
pro wa *wa we wee wa wo woo wu*

Ee Et

Ee & *oo* tamen ſuâpte naturâ cæteris vocalibus vel ſibi ipſis præponi non poſſunt; ſpiritus enim in ore terminatus (ubi commoratur ſonus) non procedit, unde cum vocalibus ſubjunctis coaleſcere valeant; ſi quiſquam enim decies ſimul *ee* vel *oo* rapidè ante alias vocales pronunciaret, non *conſtituet* ſonum *yee*, *woo* dum ſpiritus magis *comprimitur* & *vi majore protruditur* ex ore, ſoníque conſonantium naturam ſibi aſſumunt; pro conſonantibus igitur haberi concedendum eſt, ubi de illis dicetur; talis enim fere eſt differentia inter *ee oo* & *we*, *ye*, qualis eſt inter ſemivocales & aſpiratas, quæ in eâdem ſede iiſdemq; inſtrumentis, non autem eodem modo formandæ ſunt.

C A P. III.

Sect. 1.

De *Conſonantibus*.

Conſonans quid.

CONſonans formatur à *colliſione* vel appulſu inſtrumentorum loquelæ ſpiritum *comprimente* vel *intercipiente*.

Numerus conſonantium

Eſſentia literarum conſiſtit in determinatâ & diſtinctâ motione inſtrumentorum

mentorum, & in modificatione ſpiritûs exinde factâ: unde numerus conſonantium reſpondere debet diverſis inſtrumentorum configurationibus, ſpiritum compreſſum vel occluſum varié formantibus, à quibus diverſi & articulati ſoni vel modificationes effici poſſint: prout numerus vocalium diverſis ſpiritûs liberè & apertè exeuntis configurationibus item reſpondet.

Diverſi gradus & modi in comprimendo & intercipiendo ſpiritum diverſas conſonantium conſtituunt claſſes. 1. Semivocales. 2. Aſpiratas. Semimutas. 4. Mutas.

Semivocales factæ ſunt à compreſſione vel partiali interceptione aeris inſpirati, capaces *murmuris* ſive *vocis ſonoræ*, quæ ſemper illas comitatur in apertâ loquelâ. *Semivocales.*

Aſpiratæ ſibi correſpondentes in eâdem ſede, iiſdemq; inſtrumentis formantur; ſpiritus autem magis *comprimitur* majoreq; vi ex ore *protruditur* (quâ ſolâ differentiâ à ſemivocalibus diſtinguuntur) ideoq; vocis ſonoræ non ſunt capaces, quamvis in *apertâ loquelâ*; ſemivocales in aſpiratas mutatæ, (niſi *s* & *f*;) & *d g z* incraſſatæ, in linguis modernis aſcribendo *h* exprimuntur. *Aſpiratæ*

Semi-

Semimutæ *Semimutæ* factæ sunt à totali interceptione spiritûs, quæ vocalem sequentem modificant, cum voce tamen sonorâ, quantam ferre possunt, comitantur: sin autem spiritus emittitur facta est semivocalis incrassata.

Mutæ. *Mutæ* sibi correspondentes à semimutis factæ sint spiritum fortiùs dirigendo ad sedem destinatam, vocem amittentes sonoram. Sin autem spiritus emittitur compressus, formatur aspirata.

Singulæ hæ definitiones, in *singulis literis formandis*, memoriâ teneantur quæ in dictionibus ipsis contineri videntur. Semivocales & semimutæ collocantur in principio, aspiratæ & mutæ ad definitionis finem posthabentur.

Sect. 2. *Semivocales & correspondentes per nares efflatæ.*

labialis *M* formatur â labiis occlusis dum spiritus per narem efflatur. *Hm*, quæ simul cum *hn* & *hng* apud Cambrobritannos & Hibernos audiatur.

lingualis. *N* Formatur ab extremitate linguæ superiorum dentium radici appositâ (si spiritus utrinq; per labia efflatur formatur *l*) huic correspond & *hn*, quam scribunt *Angli* per *kn*, *know hnow*, cognosco. *Ng* for-

Ng formatur à radice linguæ ad interiorem palati partem appoſitâ. Quem ſcribunt Angli per *n* ante *k*; ut *rank* ordo, luxurioſus: quo item modo ſemper pronunciamus *ng* in eâdem ſyllabâ, etiam latinè; *angle* angulus; & Græcè γ ante γ, κ, ξ, χ, ut ἄγγελος, qui cum *n* & *g*, ſonum habet affinem ſed diverſum, tenuis enim & ſimplex iſte ſonus *thin* cum literâ *g* adjectâ quaſi ſcripta eſſet *thin-g* diſſonans eſt, & prior extremitate linguæ formatur: *hng* qui forſitan veteris Hebraici ע ſit ſonus. *Gutturalis*

Per labia efflata. *Sect. 3.*

W formatur à labiis plurimùm contractis, dum ſpiritus per foramen majori vi quàm in *oo* formando protruditur ex ore. *hw.* *labiales.*

V Formatur à labio inferiori dentium ſuperiorum ſummitati admoto dum per rimulam percolatur ſpiritus. *f.*

Z formatur ab extremitate linguæ inferiorum dentium radici appoſitâ, cujus interim medium elevatur, dum aer efflatus per dentes penè ſaltem obturatos ſibilantem ſed tenuem reddit ſonum. (*Germani* prout *ts* ſonant.) *s.* *linguadentâles.*

C Zh

Zh ibidem fit, ſi, per linguæ medium altiùs elevatum & concavum Palati magis coarctatum, ſpiritus fortiùs & craſſiús, dentibus prorſus obturatis, efflatur: *Gallorum* I: *ſh*, *Gallorum ch*.

Dh formatur ab extremitate linguæ, ſuperiorum dentium ſummitati admotâ, dum ſpiritus exit per rimulam: *Th*. ſonum autem utrumq; ſcribunt Angli per *th*; ut *thigh* femur, *thy* tuus; diſtinctionis gratiâ *d* incraſſatum per *dh*, *t* aſpiratam per *th*, ſcribemus.

lingua-palatinæ. *L* formatur ab extremitate linguæ ad anterius Palatum appoſitâ, dum ſpiritus contra ipſam eliſus utrinq; profluit. *hl*.

R Formatur à trepidante linguæ extremitate erga palati medium commotâ: *hr*.

Y formatur à medio linguæ ad concavum palati elevato, altiùs quam in i formando, dum ſpiritus ex ore protruditur, magis quam in *ee*: Germanorum *j* conſona: *hy*.

Gutturales *Gh* formatur à radice linguæ ad interius palatum admotâ; qui uſitatus eſt apud *Hibernos*. *Ch* quæ inter *Germanos* & *Cambrobritannos* in uſu eſt: apud *Anglos* plerumq; deſueverunt ſoni, adhuc autem retinentur characteres.

H Nul

H Nullam habet particularem formationem, neque ullum per se sonum ab aliis literis distinctum, (nisi *nudam aspirationem*) edere potest: prout enim semivocales fiant aspiratæ; ita vocales singulæ, aspirationem sibi adjunctam habeant. In *She-phord* [proprium nomen loci] consonans aspiratur. In *Shep-herd* pastor; aspiratio comitatur vocalem. Si spiritus enim in hisce vocalibus eloquendis *ad ed id eed ope oop ap up*; ad partem oris anteriorem promoveatur, idem efficietur sonus, quem *h* adhibemus in *had hed hid heed hope hoop hap hup*. In his consonantibus *hw hm hn hl hr hy hng* præponi, in *f* vel *ph sh th ch* & incrassatis *zh dh gh* postponi videtur aspiratio. In vocalibus pronunciandis aspiratio totum pervadit sonum, si præponatur; quæq; ab illis separari non potest: cum postponitur, subitâ abruptione discerni possit. Sive litera sit vocanda vel non, sive quovis alio signo meliùs esset notanda vel non, non meâ interest, quisq; suâ fruatur opinione.

Prima Classis Consonantium.

n	*ng*	*v*	*w*	*dh*	*z*	*zh*	*l*	*r*	*gh*	*y*	*h*	*Semivoc.*
n hn	*hng*	*f*	*hw*	*th*	*s*	*sh*	*hl*	*hr*	*ch*	*hy*		*Aspiratæ.*

In semimutis totus intercipitur spiritus, tantillum verò illas accomitatur murmuris. In Mutis neq; spiritus emittitur, nec sonus auditur.

labialis. *B* formatur à labiis occlusis spiritum per dentes directum intercipientibus; sin autem per rimulam inter labrum inferius & dentes superiores emittitur, sequitur *v* semivocalis (quæ, pro cæteræ incrassatæ, *bh* scriberetur.) ubi si spiritus emittitur aspiratus, fit vel *ph*.

lingualis *D* formatur ab extremitate linguæ superiorum dentium radici affixâ: u[bi] spiritus sonorè emissus format *dh*; [T] quæ format *th* aspiratam.

Gutturalis *G* formatur à radice linguæ interi[o]ri palato affixâ; spiritus emissus fo[r]mat *gh*; *C*; & hæc format *ch* aspirata[m]

Consonantium classis secunda.

Semim.	*p*	*t*	*k*
Mutæ.	*b*	*d*	*g*

De literis accuratè huc usq; tracta[vi] quia sonorum philosophia in omni[bus] linguis Alphabetorum est fundamentu[m] quo præcognito, facilius quævis lin[gua]rum addisci potest; quod perspicu[e]

p. 3

Spiri-
tatur
emit-

ritum
tibus
m in
titur
pro
ur.)
, fit

lingu
à : u
lh ;

nteri
us fo
iratam

.

ractav
omnib
mentu
s ling
spicu

Locetur ad pag. 37. C

Collocantur iteræ secundum earum naturam. 1. C
formantur. 2. Sonorum: Semivocalium, Aspirat
3. Variorum graduum appertionis vel clausuræ inf

	sive Vocales			à labiis. *superioribus inferioribus: vel ambobus.*			*sive Consonantes qu…* *extremitate motâ*			
	Linguales.	Labiales.	Gutturales	extremitate amborum labiorum	labia inferi: dentibus superi:	labiis occlusis.	dentibus inferioribus.	magis crassa per dentes occlusos.	superioribus dentibus.	res …
apertæ	a	o	*a*	W	V	M	Z	Zh	Dh	
intermediæ.	*a*			Hw	F	Hm	S	Sh	Th	
	e					B			D	
clausæ.	ee	oo	u			P			T	

u radix est vocalium.

Tres mutæ sunt consonarum radices à qu
sedibus, secundum diversos formandi

1. Cum respectu organorum, quibus
[As]piratarum, Semimutarum, Mutarum.
[...] instrumentorum & soni.

sive
[...]tes *quæ formantur*

à linguæ ... in Gutture

motâ vel fixâ. ... *medio* ... *à linguæ radice.*

	superioribus den-	Gingivis, per nares efflata.	anteriori palato	tremulâ ad medium Palatum.	ad medium palatum.	inferiori palato fixâ. per os efflata.	per nares efflata.
Sem	h	N	L	R	Y	Gh	Ng
Asp	h	Hn	Hl	Hr	Hy	Ch	Hng
Semin						G	
Mut	T					C	

[...]s à quibus variè formantur cæteræ in variis
[...]andi modos.

certum & uniforme esse[...]
tem è contrario ; lit[...]
phia non omnino, aut [...]
vel perspicuè explicata[...]
pio ; Alphabeta tum er[...]
fectibus scatere necessu[...]
plures sonos & indeter[...]
primit character , qu[...]
pronunciationem vari[...]
acquisitionem difficilem[...]
ut huic itaq; malo succ[...]
modificationes & sono[...]
mone effabiles ; ex qui[...]
& dictiones omnium li[...]
orbe constituuntur ; d[...]
plicare aggressus fui :
habendum, dum alius [...]
ram & definitam demo[...]

CAP. [...]

De Alphabeto [...]

OMnes soni vocal[...]
untur ; a *a e ee* [...]
[c]onsonantes *w v m z* [...]
h] *n l r y ng wh* [...]
m [quam scribimus [...]

Ca

cer
ten
phi
vel
pic
fec
plu
pri
pr
acc
ut
mo
mo
&
or
pl
ha
ra

C

co
th
h

certum & uniforme esse debet. Cum autem è contrario; literarum philosophia non omnino, aut rectè determinata, vel perspicuè explicata fuerit in principio; Alphabeta tum erroribus, tum defectibus scatere necessum est; in quibus plures sonos & indeterminatos idem exprimit character, quod scripturam & pronunciationem variam & confusam; acquisitionem difficilem & vagam efficit: ut huic itaq; malo succurrerem, diversas modificationes & sonos articulatos sermone effabiles; ex quibus, variæ syllabæ & dictiones omnium linguarum in toto orbe constituuntur; determinare & explicare aggressus fui: quod pro vero sit habendum, dum alius quis novam literam & definitam demonstrabit.

CAP. IV.

De Alphabeto Anglicano. Sect. 1.

OMnes soni vocales apud nos audiuntur; a *a e ee o oo au.* Omnesq; consonantes *w v m z zh dh* [scripta *th*] *n l r y ng wh* [olim *hw*] *f s th hn* [quam scribimus *kn*] *b d q p t k*

præter *gh hl hr hy ch hng*. Characterum; qui pro his ſonis pinguntur, hic eſt *ordo*, hic *numerus*; *a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u w x y z*. Hoc Alphabetum 1. eſt defectivum. 2. Superfluum. 3 Incongruum.

1. Defectivum eſt, nam nulli characteres ſatis diſtincti adhibentur ad exprimendos *a* in *hot* calidus; *ng dh*: *a* in *ken* video, *cane* canna, inter vocales locum non habet, nec ullo nomine per ſe ab aliis dignoſcitur: *i* & *u* nomen ſumunt à *dipthongis*, & verum poſterioris nomen non cognoſcitur; *ee*, & *oo*, ex quibus omnes componuntur dipthongi, & *zh wh ſh th hn* in Alphabeto non numerantur: *ai* duos habet ſonos in *pain* dolor, *bait* eſca; & *oi* tres in *poiſon* venenum, *poiſe* libro, *join* jungo. *J* [*dzh*] in *Judg* Judex, *v* in *village* villa, malè eædem cenſeantur literæ ac *i* & *u*, cum tota differant naturâ.

Sect. 2 2 Superfluum, nam duo ſimplices ſoni uno exprimuntur charactere, quod ſi in communi admitteretur Alphabeto, literas indefinitas accumularet; ut *q* pro *cw*, ita ſcribebant Majores noſtri, & hodie *Cambrobritanni*, atq; olim *Romani* *q* tantùm, ubi hodiè *qu*; ut *qid* pro *quid*: *x* pro *cs*: *J* pro *dzh*: *z* pro *ts* quidam ha-

haberi volunt, ut, apud nos, verò hodie pronunciatur, ſimplex eſt: *c* vel *k* ſuperflua eſt. *Ph* derivata à latinis, qui loco φ in Græcis derivativis ſubſtituerunt, eadem eſt cum *f*: Ita *ew ow* cum *eu ou*.

Sect. 3.

3 Incongruum, idem enim character plures ſibi aſcriptos habet ſonos; *a* tres, & *o* quatuor, *ou* & *oi* duos. Conſonantes etiam ſimplices duabus ſcribuntur literis, *wh* [vel potius *hw*] *th* in *thin* tenuis, vel *th* [potius *dh*] in *thine* tuus; *ng*, *ch* (niſi in Græcis derivativis, ubi ut *k* ſonatur) ſonum habet literarum *tſh*; ut in *choice* delectus, *riches* divitiæ; in quibuſdam verò *t* inſeritur, ut *ditch* foſſa; *c* ante *a o u* ſemper pronunciatur út *k*; ante *e i* vel *y*, ut *s*; ita fit modò *ſerpens* modò *cornix*: *kn* ponitur pro *hn*. Pronunciatio nunc longè eſt alia ac olim; (inquit *Voſſius*) nam diſtinxere Romani inter *i* breve & longum, nec aliter pronunciabant *c* in *dicis dices*, quàm in dico dicam, nec aliter *t* in *artium* quàm in *arti*, *v* conſonam proferebant uti nos *w*; (ita quidam hodiè Hebraicum *vau* prolatum eſſe contendunt) *g* in *lego legis*, ut γ in λέγω λέγεις; ad hæc item *g* abſurdè nuncupatur *jee*, raró enim iſtum habet ſonum,

Grammat. compendio de orthographiâ.

atq; ita duæ ſunt ejuſmodi literæ *g* & *j*, deeſt autem nomen *yn*, quod ſemper exprimeret *ga go gu*, & frequentiſſimè *ge gi*: *j v* malè vocantur *i* & *u* conſonæ; *z* uzzard; *w* double *u*; *y* wi; *h* ache; à poteſtate etenim *jee*, *ge* [*yn*] *ex*, *ve*, *we*, (*vau* vel *wau*) *ye* [*jod*] *he* [vel aſpirationis nota] denominarentur.

Sect. 4. Nomina conſonantium, (quæ ſoni pleni & perfecti non ſunt,) ſibi vocales habent adjunctas, quæ ſemivocalibus ferè præponi, & mutis ſubjungi ſolent. Diviſio tamen in ſemivocales & mutas neq; eſt adæquata nec vera, prout in ſchemate demonſtravi. Semivocales eſſe dicuntur *el em en ar*, quibus adjungantur *ez eng edh* & *ve we ye*. Mutæ *bee ka dee ga pee tee*, quibus addantur aſpiratæ *ef es* & *hne hwe ſhe the*.

Literæ numerari ſolent viginti quatuor, numerum tamen iſtum invenire haud erit facile, donec ſonus vel poteſtas determinata unicuique literæ fuerit appropriata. Nam *j v y* ſine nominis vel characteris differentiâ (quamvis hodiè vocales *i u*, & conſonas *j v* ſcribere hortantur Grammatici) aliquando vocales, aliquando conſonantes habentur: *x q* duplicem continent ſonum

c eadem eſt cum *k* vel *s*. Rejiciendæ ſunt itaque *j v y*; dum retinentur *c* & *k x q* & *y vocalis*, ut viginti quatuor literarum numerus impleatur.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u w x y z.

Methodus verò maximè *naturalis* puerisque addiſcentibus eſſet *facillima*, ſi omnes literæ ab earum poteſtate denominarentur; nonne enim ridiculum eſt & planè abſurdum dicere? *See a yeu*, conſtituit *cave* cavea: *dhzee double o em*, *goom* gingiva: *je e double yeu* , *Jew* Judæus: *ache a uzzard*, *haz-zard*, periculum. Malè Græce & Hebraice vocantur literæ Alpha, beta: Aleph, beth, *&c.* Melius autem proferentur noſtræ.

A bee c [*ka* vel *ſee*] *dee e ef ge* [ut in *get* acquiro] *he i jee ka el em en* [*o pe ku a*]*r es tee u ve we ex ye ez.*

Dipthongi ſunt *ai ei oi au eu ou.* At de harum poteſtate variiſq; ſonis jam ſatis diximus.

Hactenus actum eſt de parte primâ, nempe de principiis orationis; à quibus dependet

Pars

Ca[illegible]

In [illegible]

I[illegible]

en[illegible]

lit[illegible]
to[illegible]
al[illegible]
oc[illegible]
qu[illegible]
in[illegible]

Pars Secunda,

In quâ ſcribendi & pronunciandi modus demonſtratur, variæq; dictiones, in quibus ſcriptura à pronuntiatione differt, ordine ſub regulis diſponuntur.

CAP. I.

De *Syllabis*. *Sect. I.*

LIteræ per ſe, vel cum aliis in oratione conjunctæ, integras vel dictionum partes conſtituentes, vulgò ſyllabæ vocantur.

Syllaba eſt ſonus unius vel plurium literarum in diſtincto ſpiritûs momento: unius ſi vocalis ſit, plurium ſi coaleſcent conſonantes; anglicè tamen octo non excedunt; ut *ſtrengthen* ubi *e* quieſcit Unica vocalis vel dipthongus in ſyllabâ proferri poteſt; quia ſoni ſunt

Syllaba à συν λαμβάνω propriè literarum conjunctionem denotat.

ſunt perfecti & aperti, ut nulla, ſine ſpiritus diſtinctione, dari poteſt tranſitio. Vera literarum poteſtas in ſyllabâ cognoſci poteſt, ſi ad pauciſſimas reducatur; ut in *ſtrength*, *re*, *tre*, *ſtre*, *ſtren*, *ſtreng*, *ſtrength* ubi *n* ut *ng*, & *g* ut *k* pronunciatas eſſe perpendenti patebit.

Sect. 2. *De Syllabarum diviſione.*

Regula 1.


Unica conſonans inter duas vocales poſteriori jungitur. Præter *x* ut *ex-alt*, quoniam *x* eadem eſt cum *ks*, quæ vocabulum Anglicè non incipiunt. Et *w* quando pro *u* ponitur; ut *Steward* ſeneſchalis, *power* poteſtas. Non autem in aliis; ut *to-wards* erga.

Regula 2.

Si plures inter vocales inſerantur conſonantes; tot poſteriori jungantur, quot dictiones incipere ſolent; cæteræ priori, incipiant hæ ſequentes.

B br bl. *K kr kl kn.*
C ch cr cl. *P ph phr pr pl.*

D d



Ca

D

F j

G g

J l

ch

bo

Ch

μν,

σχ

Τμ

bd

la

fit

ra

re

pt

ne

pr

p

ra

fy

d

n

D dr dw. S ſh ſhr ſc ſcr ſq ſl ſt ſtr ſm ſp ſw
F fr fl. T th thr thw tr tr tw.
G gn gr gl. W wh wr.

J l m n q r v z alias poſt ſe non admittunt.

In Græcis quibuſdam derivativis inchoant *Pn* : pneumatical. *Phl.* phlebotomy : *Pſ.* Pſalm : *Sph.* Sphear : *Chr.* Chriſt. In ipſâ lingua κτ, κτείνω. χθ χθεὶς. μν, μνάομαι. Σϐ σϐέννυμι. Σκν, σκνίφος. Σκλ, σκληρός. Σθ, σθένω. Σπλ, σπλάγχνος. Σφῥ, σφραγίζω. Τμ, τμάω. Φθ φθόγγος. In voce Hæbraicâ bdellium הַבְּדֹלַח.

Conſuetudo ratam fecit hanc regulam, unde ſequitur, quòd ſcribendum ſit; *ne-gleẛt* negligo; *i-gnorance* ignorantia; *fa-ſter* firmior: & ſecundùm regulas latinas *do-ẛtrin* doẛtrina, *ſumptuous* ſumptuoſus; aliter tamen omnino ſtatuendum eſſe opinor, ſi ſcripturæ propoſitum (quod optimè noſtras exprimeret cogitationes & vocum piẛturam) obſervari putemus; nempe quod ſyllabæ prout in pronunciatione, ita dividantur in ſcripturâ; ut *neg-leẛt*, *ignorance*, *faſ-ter*, *doc-trin*, *ſump-tuous*.

Exceptio

Exceptio.

Composita & derivativa simplicium & primitivorum syllabas retinent integras & indivisas, scribendum est itaq; *syn-a-gogue*, *dis-honor*. Et terminationes, *ed*, *est*, *eth*, *en*, *ing*, *er* quando dictionibus integris adjunguntur, literas sibi non assumunt præcedentes; *I deliver* trado; *thou deliver-est* tradis; *he deliver-eth* tradit; *I deliver-ed* tradebam; *thou deliver-edst* tradebas; *delivering* tradens; *deliver-er* liberator; *deliver-ance* liberatio.

Regula 3.

Si eadem litera claudat particulam, quæ integralem inchoat, in compositione autem non duplicatur, in divisione syllabarum, suam retinet literam integralis; ut *tran-spire* transpiro.

Sect. 3. *De Syllabarum accidentibus.*

Ut brevior fiat scriptura, quædam literæ aliis suprapositæ pro integris ponuntur syllabis; ut *wth with* cum;

wt

y^t *what* quid; w^n *when* quando; w^{ch} *which* qui; y^t *that* ille; y^e *the* [articulus] y^n *then* tunc; y^m *them* illos; y^u *you* tu: In quibusdam pars eliditur cum Apostrophi notâ; ut *'t* pro *it* id; *it's it is* est; *een ev'n* pro *even now* jamjam; *even as* similiter; *'em 'um them* eos, *I'le I will* volo; *wou'd would* vellem.

In verbis præteriti temporis, sive adjectivis verbalibus in *ed* finitis, *e* frequentissimè eliditur; unde *d* in eandem coalescit syllabam cum præcedenti; ut *remov-ed remov'd*, remotus; *ba-lanced balanc'd* libratus; ubi *c* ejus potestatem retinet, similiter quando *e* post *c* additur. In quibusdam *d* vertitur in *t* post *k*; ut *ak't* doluit; *f bereft* orbatus; *c fac't* vestis tecta ornamento; *x mixt* mixtus; *ch snatch't* raptus; *p thump't* pulsatus; *s hiss't* sibilavit; *sh crush't* compressit; pro *aked, bereaved*, &c. Non autem post *d*, *he pleaded* causam egit; *s* pro *z abused* læsus; *m maim'd* mutilatus; *n feign'd* fictus; *ns cleans'd* purgatus; *r altered* mutatus; *t tormented* cruciatus; *v loved* amatus; *g* in syllabâ longâ, *dg* in brevi *aged*, annis provectus; *edg'd* acuminatus; & *bl cl fl gl pl sl*.

Le en ſonum tantùm habent ſemivocalium *l n* in fine dictionum, ut *grumble* murmuro, quaſi ſcriberetur *grumbl*; ubi *bl* eundem habet ſonum, quem in *blame* culpo; *open* quaſi *ôpn* aperio.

Jam ad regulas deſcendam generales, ſub quibus dictiones, quarum ſcriptura à pronunciatione diſcrepat, ordinatè diſponuntur, ubi obſervatur ordo literarum, prout in vulgari Alphabeto locantur; ut quævis dictio faciliùs inveniri, vel tota ſcribendi analogia, uno quaſi intuitu conſpici poſſit. Atq; primùm de vocalibus.

CAP. 2.

De *Vocali* a.

A In tribus profertur ſonis, quos hoc modo depinxi a *a* *a*. Horum primus in proprio plerumque ſono producitur ante *nch*, & *s* aliâ ſequente conſona, ita ante *r* niſi ſequitur *ſh*. Cum verò *e* ad finem apponitur, exiliorem induit ſonum, nempe productionem *e* brevis: hoc autem obſervandum eſt poſt *a* in omnibus, niſi in *can*

can

canna, *wane* deflecto, *ſtranger* advena, *ſtrange* alienus, *manger* præſepe, *mangy* ſcabioſus, & ante *ge*; ut *age* ætas; inſeritur *u* gutturalis, quæ nihil aliud eſt, quàm continuatio nudi murmuris poſtquam *a* formatur, nam propter exilitatem, ni accuratiûs attenditur; ad proximam conſonantem, ſine interveniente *u* non facilè tranſibit lingua. Differentia, auribus, quæ ſonos diſtinguere poſſunt, manifeſtò apparebit in exemplis ſequenti ordine diſpoſitis.

a brevis.	a longa.	*a* exilis.
Bar vectis	*Barge* navicula	*Bare* nudus
blab effutio	*blaſt* flatus	*blazon* divulgo
cap pileum	*carking* anxietas	*cape* capa
car carrus	*carp* carpo	*care* cura
cat catus	*caſt* jactus	*caſe* theca
daſh allido	*dart* jaculum	*date* dactylus
flaſh fulguro	*flasket* corbis ge-	*flake* flocculus
gaſh cæſura	*gaſp* oſcito (nus	*gate* janua
grand grandis	*grant* concedo.	*grange* villa
land terra	*lanch* ſolvo	*lane* viculus
maſh farrago	*mask* larva	*maſon* lapidari-
pat aptus	*path* ſemita	*pate* caput (us
tar pix fluida	*tart* ſcriblita	*tares* lolia

Si quid amplius ad hanc veritatem confirmandam velles, accipe exempla ſequentia; in quibus *ai* leniter pronunciata ſonum habet *a* puræ; ut in *cane*, *a* verò poſt ſe admittit *u* gutturalem ut,

Bain balneum	*Hail* grando	*Maid* virgo
bane venenum	*hale* traho	*made* factus
main magnus	*lay'n* jacui	*pain* dolor
mane jubâ	*lane* viculus	*pane* quadra
plain manifeſtus	*ſpaid* caſtratus	*tail* cauda
plane lævigo	*ſpade* ligo	*tale* fabula

Reg. 2.

A ſyllabam claudens pronunciatur in priori ſono a; quod denotant ſyllabæ iſtæ *a*, *ba*, *ca*, *cha*, *contra*, *dra*, *fa*, *fla*, *fra*, *ga*, *gra*, *ha*, *la*, *ma*, *na*, *pa*, *qua*, *ra*, *ſa*, *ta*, cum *&c.* adjecto; niſi in iſtis quæ ſub *a* adjiciuntur, & in latinis derivativis in *tion* terminatis, ubi ſonus, ab *a* latinâ ſpecificè differt; ut *congregation* à congregatio; ſicut labor latinè à *labour* Anglicè.

a	a
Abide commoror, *&c.*	*Capacity* capacitas, *&c.*
B*aniſh* relego, *&c.*	*Chariot* currus, *&c.*

Con-

a

Contradict contradico, *&c.*
Diadem diadema, *&c.*
Dragon draco, *&c.*
Fabulous fabulosus, *&c.*
Fraternity fraternitas *&c.*
Gazet nuncius publicus, *&c.*
Gradually gradatim, *&c.*
Habitude habitudo, *&c.*

a

Laborious laboriosus, *&c.*
Majesty majestas, *&c.*
Natural naturalis, *&c.*
Papal papalis, *&c.*
Quality qualitas *&c.*
Rarity raritas, *&c.*
Sagacity sagacitas, *&c.*
Tabid tabidus, *&c.*

a

Able potens
acre juger
baker pistor.
bason pelvis
capable capax
caper assilio
capon capo
caterer obsonator
contrary contrarius
cradle cunabulum
crazy infirmus
fable fabula
gratious gratiosus

a *grace* gratia
sic *grating* frians.
gravy liquamen
haslenut avellana
haven portus
hazy nubilum
Lady domina
ladle cochleare (bis
Maior præfectus ur-
sed *Major* militaris
many plures
Mary Maria
naked nudus

nature natura
navy classis
paper papyrus
Prayer preces
table tabula
taper cereus
vary vario
vapour vapor
wafer libum
wast-ful profusus
wast-coat camisiola.
James Jacobus
Jemes.

CAP. II.

De *Vocali* e.

SOnus, qui pro *e* longâ habetur, literam *a* post se inserendo dignoscatur; *men* homines, *mean* mediocris

1. *E denotat syllabam productam.*

3. Cum *dg* vel *ege* aut *age*; ut *allege* allego, *college* collegium, *privilege* privilegium; vel *alledg* &c. *cabbidg* brassica, *saucidg* tomaculum; vel *cabbage*, *sausage*.

4. Cum *im in* vel *em en*; ut *empoverish* depaupero, *endure* sustento; vel *impoverish*, *indure*, &c.

5 Cum *ea* vel *ee*, *ea* vel *e* ut in capite 8 Reg. 1. cum *ai* vel *ei*. Cap. 7. Reg. 1. cum *au* vel *a*; ut *chance* casus, *gard* stipo, *mall* malleus; *prance*, superbè salio; vel *chaunce*, &c.

6 Cum unicâ literâ vel ipsâ duplicatâ; ut *herring* halec; at *later* tardiùs, *latter* posterior distingui debent. Latina derivativa ut plurimùm primitivorum in scriptione sequuntur formam, quamvis simplex latinè auditur sonus consonæ, & anglicè duplicatur; ut *abolish* aboleo, *canel* canalis, *amity* amicitia, *minister* minister, *mariner* à mare navigator, & *liturgy* liturgia.

Si varia hominum scripta præsertim privata consulamus, tantam libertatem, tantam varietatem, tantam incongruentiam & imperitiam videamus; quod satis hujusmodi suscepti tum necessitatem tum utilitatem demonstrare

possit: In quo analogia & optimè scribendi regulæ exhibeantur. Legitur

Apricock abricot malum armenium.
Balet balad canticum
Bankrupt bankrout decoctor.
Butcher boucher lanio.
Butler boiteler promus.
Budget bouget bulga.
Charet chariot currus.
Clot clod gleba.
Cumber comber impedio.
Curd crud coagulum.
Faign feign fingo
Fraight frait velatura.
Hartechoak artichoak cynara.
Imposthume apostem apostema.
Licorice liquorish glycyrrhiza.
Plaight pleit plico
Slabber slaver conspergo.
Squinsy squinancy angina.
Vat fat labrum.
Yelk yolk vitellus.

Cum plurimis aliis; in quibus omnibus *relegare* literas supervacaneas, atq; eas, quæ veram pronunciationem proximè attingunt, *seligere* debemus; nisi quædam alia *privata ratio* aliter *suadet*; ut in sequentibus observationibus.

Observatio 1.

Voces quæ *eandem* habent *pronunciationem*, sed diversam *significationem* & scribendi *modum*.

A *All* omnes, *awl* subula: *altar* altare, *alter* muto: *are* sunt, *air* aer, *heir* hæres, *ere long* statim: *ant* formica, *aunt* âmita: *ascent* ascensus, *assent* assensus: *assault* invado, *a salt bit* bolus salitus.

Bait

Baies lauri, *baiz* pannus villoſus: *Ball* pila, *baul* vocifero: *bare* nudus, *bear* fero: *be* ſum, *bee* apes: *berry* bacca, *bury* ſepelio, *bil'd* roſtratus, *build* ædifico: *bitter* amarus, *bittour* butio: *bows* torquet, *boughs* rami, *bowze* perpoto: *bread* panis, *bred* nutritus: *browz* frondo *brows* palpebræ: *borne* portatus, *bourn*, *rivulus*: *buy* emo, *by* per: B

Calender lævitas præſertim panni, *Calendar* Calendarium: *call* voco, *caul* omentum: *cenſer* thuribulum, *cenſor* cenſor, *cenſure* judico: *centory* herba centaria, *century* centuria *ſive ſpatium centum annorum*: *chair* cathedra, *chare* negotiolum, *chas'd* fugatus, *chaſt* caſtus: *chews* maſticat, *chuſe* eligo: *clauſe* clauſula, *claws* unguis: *coat* tunica, *quote* cito: *cozen* illudo, *couſin* germanus: *chord* chorda ſubtenſa, *cord* funis: *collar* capiſtrum, *choller* bilis: *comming* veniens, *cummin* cuminum: *cool'd* refrigeratus, *could* poſſem: *coughing* tuſſiens, *coffin* ſandapila: *coarſe* levidenſis, *courſe* curſus: *counſel* conſilium, *council* curia: *colors* colores, *cullers* ovis rejicula: *car'd* curabam, *card* pectino. C

D *Dam* mater, *damn* condemno : *de*
carus , *deer* fera: *diſſenſion* diſſenſio
doe dama, *do* ago, *dow* maſſa farinaria
don factus , *dun* fuſcus : *dew* ros, *d*
debitus.

E *Emrald* ſmaragdus, *emrods* hæmo
rhoides.

F *Flea* pulex, *flay* vel *flea* excori
fleam phlebotomum , *phlegm* vel *fle*
phlegma : *forth* ex , *fourth* quartus
fair pulcher, *fare* ligurio : *fir* abies, *f*
pellis, *far* longè, *furz* geniſta ſpinoſa
fit aptus, *fight* pugnabat.

G *Geſt* geſta, *jeſt* jocus : *jeſter* jocato
geſture geſtus : *go'ſt* vadis, *ghoſt* ſpiritus
grone gemo, *grown* accretus :

H *Hair* crinis, *hare* lepus : *hake* ſcre
hawk accipiter : *hart* cervus, *heart* co
hard durus, *heard* auditus, *herd* grex
hear audio, *here* hic : *holy* ſanctus, *who*
totaliter : *hew* ſcindo, *hue* color : *h*
feſtino, *high* altus : *higher* altior, *hi*
ſtipendium : *hollo* vocifero, *hollow* co
cavus.

I *Ire* ira, *eyer* obſervator : *inſight* pr
ſpectus, *incite* incito : *i'le* volo, *I*
inſula, *oil* oleum : *in* in, *inn* diverſor
um, *jerkin* tunica, *jirking* flagellans.

Lam

L *Lamb* agnus, *lamm* verbero: *lead* plumbum, *led* ductus: *lease* charta redemptionis, *leash* ternio canum, *leaper* saltator, *leper* leprosus: *lessen* diminuo, *lesson* lectio: *least* minimus, *lest that* ne; (sed potius vice versâ *least* ne:) *leman* pellex, *lemon* malum hesperium: *limb* membrum, *limn* miniculor: *lo* en, *low* humilis: *line* linea, *loin* lumbus: *lustre* splendor, *luster* lustrum.

M *Manner* mos, *manour* prædium: *male* mas, *mail* lorica: *meat* cibus, *mete* metior: *message* nuncium, *messuage* villa: *mouse* [*mouze*] mures capto, *mows* fœnilia: *muse* meditor, *mues* accipitrem in ergastulum compingit; *sea mews* fulicæ, *muse* cum *s* foramen per sepimentum:

N *Nether* inferior, *neither* nec: *naught* malus, *nought* nihil: *a notion* notio, *an ocean* oceanus.

O *O* interjectio vocandi, *oh* doloris vel vehementiæ, *ow* debeo: *oar* remus, *oar ore* balluca, *o're* super: *our* noster, *hour* hora: *own* agnosco, *one* unus: *order* ordo: *ordure* stercus.

P *Pair* par, *pare* rescindo, *pear* pyrus: *pause* pauso, *paws* ungues: *Pastor*: *pasture* pascuum: *pleas* causa, *please* placeo: *pickt her* eam elegit, *picture* pictura: *prophet* propheta, *profit* commodum: *pray*

precor, *prey* præda: *plum* prunum, *plumb* perpendicularis: *pour* fundo, *power* poteſtas.

R *Rain* pluvia, *reign* regno, *reins* renes; *raiſe* ſuſcito, *raies* radii: *ranker* olidior, *rancour* odium: *race* ſtadium, *raſe* expungo: *rare* rarus, *rear* attollo: *read* lectus, *red* ruber: *read* lego, *reed* arundo: *raiſin* uva paſſa, *reaſon* ratio: *right* rectus, *rite* ceremonia, *write* ſcribo, *cart-wright* carpentarius: *ry* ſecale, *wry* obliquus: *roe* capreolus, *row* ſeries: *rote* memoriter, *wrote* ſcripſi: *ruff* ſinus, *rough* aſper:

S *Say* loquor, *ſey* pannus raſus: *ſaver* parſimonicus, *ſavor* ſapor: *ſeas* maria, *ſeize* apprehendo: *ſell* vendo, *cell* cellula: *ſeller* venditor, *cellar* cella: *ſight* viſus, *ſite* ſitus, *cite* cito: *ſiſe* ſenio, *ſize* glutino: *ſeaſon* tempeſtas, *ſeiſin* poſſeſſio: *ſeat* ſedes, *deceit* fraus: *ſhare* pars, *ſhear* tondeo: *ſhoo* calceus, *ſhew* demonſtro: *ſloe* prunum ſylveſtre, *ſlow* tardus: *ſtairs* gradus, *ſtares* aſpectat: *ſo* ſic, *ſow* ſuo: *ſoar* ſubvolo, *ſore* ulcus: *ſought* quæſitus, *ſaw't* id vidi: *ſpider* aranea, *ſpi'd her* obſervabam ipſam: *ſucker* antlia, *ſuccour* ſuppetior: *ſome body* aliquis, *ſum* ſumma: *ſun* ſol, *ſon* filius: *ſure* certus, *ſuer* candidatus, *ſewer*

er prægustator: *sweep* verro, *swipe* tolonus.

T *Tacks* clavi, affigit, *tach* uncina, *tax* tributum: *tenor*, *tenure* tenura: *their* suus, *there* ibi: *time* tempus, *thyme* thymus: *tide* fluxus & refluxus maris, *ti'd* ligatus: *to* ad, *tow* stupa, *toes* digitus pedis, *toze* gradatim solvo: *tower* turris, *towre* subvolo: *tract* tractatus, *track't* per vestigia secutus: *throne* solium, *thrown* jactus, *tire* lasso, *ty her* ligato illam.

V *Vein* vena, *vain* inanis: *vial* phiala, *viol* pandura.

W *Ware* merces, *wear* tero, *were* essent: *weigh* libro, *way* via; *weight* pondus, *wait* expecto, *waits* spondiaules: *woo* proco, *woe* calamitas: *whoop* ehodum, *hoop* vieo. *Use* usus, *use* utor, *ews* oves fœmineæ; *ewer* aqualis, *ure* assuetudo: *Yea* ita, *ye* vos.

Sequentes item *distinguantur*, quas autem *omnes* non distinguunt.

Bruit fama, *brute* brutum: *desert* meritum, *desart* eremus: *doun* lanugo, *down* deorsum: *foul* sordidus, *fowl* volucris: *friese* pannus villosus, *freez* congelo, semper *frees* liberat: *moat* fossa, *mote* atomos: *savoury* satureia, *savoury* sapidus vel odoratus.

Observa. 2.

Voces, quæ *diversum* habent *sonum* & *sensum* sed *eandem* plerumq; *scripturam*; quæ tamen melius *hoc modo* semper distinguantur.

Acorn glans, *a corn* granum : *attack* obsideo, *attach* prehendo : *bore* ferebam, *boar* aper : *barn* parturitus, *borne* latus : *bow* torqueo, *bowe* arcus : *boul* globus, *bowl* patera : *convert* converto, *convert* proselytes : *form* forma, *foorm* classis : *guest* hospes, *gest* gesta, *jest* jocus : *get* adipiscor, *jet* gagates: *gives* dat, *gives* compedes, *lead* plumbum, *leade* duco : *light* residi, *lîght* lux: *live* vivo, *alive* vivus : *lived* vixi, *long lîved* longævus : *lives* vivit, *lîves* vitæ: *mow* acervus, *mowe* meto : *past* præteritus, *paste* pastillus : *rebèl* rebello, *rèbbel* rebellator : *Rome* Roma, *roam* vago : *sow* sus, *sowe* suo : *sing* cano, *singe* amburo : *tear* lacryma, *teare* lacero : *tost* agitatus, *toste* panis tostus : *wast* eras, *waste* consumo : *wîld* efferatus, *wil'd* volui : *jill* triental, *gils* branchiæ.

Exemplorum sequentium *priora* sonum habent *s*, *posteriora*, quæ scribuntur cum *s* finali, sonum *z*.

Use

Use usus, *use* utor: *abuse* abusus, *abuse* abutor: *close* clausus, *close* claudo: *cruse* pocillum, *cruse* prædor: *diverse* diversi, *divers* urinatores: dose *dosis*, *dose* dormito: *else* præterea, *elks* ulnæ: *excuse* apologia, *excuse* excuso: *false* falsus, *falls* cadit: *hiss* sibilo, *his* suus: *loose* remissus, *loose* solvo: *premises* præmissæ, *præmise* præmitto: *refuse* quisquiliæ, *refuse* abnuo; *house* domus, *house* stabulo; *mouse* mus, *mouse* mures capto; *louse* pediculus, *louse* pediculos capto. *Brass* æs, *braze* subæro; *glass* vitreum, *glaze* invitreo; *grass* gramen, *graze* pasco. vid. *cap:* 12.*Reg.*4. de th.

Observ. 3.

Propria nomina cum *communibus*, quæ eundem vel *affinem* habent *sonum*.

Achor, *acre* juger; *Bede*, *bead* corona, *bede tree* azedarach. *Barbara*, *barberry* oxyacantha. *Brux*, *brooks* rivuli. *Cain* *cane* canna. *Diep*, *deep* profundus. *Francis* mas, *Frances* fœmina. *Joice*, *joies* gaudia. *Eaton*, *eaten* pastus. *James* *Jambs* parastades. *Marshal*, *Martial* Martialis. *Martin*, *Marten*, cypselus. *Mede*, *mead* hydromelum. *More*, *moor* maurus, palus, *more* plus. *Maurice* vel *Mor-*

rice, *morris dance* chironomica ſaltatio. *Naſh*, *gnaſh* ſtrido. *Noahs*, *noſe* naſus. *Ny*, *nigh* propè. *Paul*, *pall* palla, *palid* mucidus. *Pilate*, *pilot* nauclerus. *Rhode*, *road* via publica, *rode* equitavi. *Rome* Roma, *room* ſpatium. *Styx* flumen infernale, *ſticks* bacilli. *Thamar*, *tamer* manſuetior. *Walter*, *water* aqua.

Observa. 4.

Voces quæ *affinem* habent *ſonum* ſed *diverſum* ſenſum & *ſcripturam*.

A *Alone* ſolus, *a loan* vel *lone* mutuatum: *advice* conſilium, *adviſe* conſulo; *device* inventum, *deviſe* comminiſcor: *adieu* vale, *adoo* conatus: *alley* ambulacrum, *ally* affinis; *aroſe* reſurrexit, *arrows* ſagittæ.

B *Baren* ſterilis, *baron* baro; *begin* incipio, *biggin* capital; *batle* pingueſco, *battel* prælium: *beholding* aſpiciens, *beholden* obligatus: *bor'd* terebratus, *boord* tabula; *bos't* gibbus, *boaſt* glorior; *bile* ulcus, *boil* coquo; *bawble* nugæ, *bable* garrio.

C *Candid* candidus, *candyed* conditus ſaccharo; *cauſeys* viæ ſtratæ, *cauſes* cauſæ; *carrion* cadaver, *carrying* portans; *Champion* pugil, *champain* campus;

pus; *cittern* cithara, *citron* citreum;
collegue ſocius, *colledg* collegium; *colors*,
colures coluri; *copies* exemplar, *coppis*
nemus; *curants* uvæ corinthiacæ, *cur-*
rents amnes; *crown* corona, *coroner*,
crowner quæſtor; *craven* puſillanimus,
craving rogans.

Dauphin primogenitus regis Galliæ, D
dolphin delphinus; *decent* decens, *de-*
ſcent deſcenſus; *doer* actor, *door*
oſtium.

Exerciſe exerceo, *exorciſe* conjuro. E

Fellows ſocii, *fellies* apſides, *file* limo, F
foil ſterno; *fence* ſepimentum, *fenns*
paludes; *find* invenio, *fiend* dæmon;
flax linum, *flakes* flocculi; *floor* pavi-
mentum, *flower* flos, *flour* pollen; *fold*
plico, *foal'd* peperit equa; *froiz* vel
phraſe fricta, *phraſe* phraſis.

Gliſter mico, *glyſter* vel *clyſter*; gar- G
ner granarium, *gardian* gardianus, *gar-*
dener hortulanus.

Hence hinc, *hens* gallinæ; *home* do- H
mus, *whom* quem, *hollow* cavus, *hallow*
ſanctifico; *hoſe* caliga, *whoſe* cujus.

Idol idolum, *idle* ignavus; *employ* I
impendo, *imply* intimo; *ingenious* inge-
nioſus, *ingenuous* ingenuus; *inure* aſſueſ-
co, *in your* in veſtrâ; *juice* ſuccus, *joice*
tranſtrum.

Lain

L *Lain* positus, *lane* viculus; *latin* latinitas, *lattin* orichalcum; *lettice* lactuca, *lattice* transenna; *leasour* locator, *lesser* minor; *laud* laudo, *out-law'd* proscriptus; *leaf* folium, *leave* libertas; *medal* sigillum fusile, *medle* tracto.

M *May'st* possis, *mast* malus; *mines* fodinæ, *minds* mentes; *mole* talpa, *mold* humus; *moan* gemo, *mown* messus; *mower* messor, *more* plus; *melon* melo, *million* 1000000 sive *centum myriades*; *mote* atomos, *moth* tinea; *mile* miliaria, *moil* laboro.

N *Neigh* hinnio, *nay* non.

P *Pallat* pallatum, *pallet* grabatus; *parasite* parasitus, *parricide* homicidium; *parson* pastor, *person* persona; *patent* literæ patentes, *patine* patina, *pattens* subcalceus, *peece* frustum, *peace* pax, *peas* pisa; *place* locus, *plaice* passer marinus; *poplar* populus, *popular* popularis; *potion* potio, *portion* dos; *president* exemplum, *precedent* precedens; *princes* principes, *princess* princeps; *principal* principalis, *principle* principium: *price* pretium, *prize* præda; *prowess* virtus, *prose* prosa: *pulls* vellit, *pulse* pulsus.

Quean ſcrapta; *queen* regina. Q

Race progenies, *raze* oblitero; *rice* oryza, *rise* orior; *riſe* origo; *wrote* ſcripſi, *wrought* operatus; *raiſer* ſuſcitator, *raſor* novacula; *royal* regalis, *rial* nobilis roſatus; *rough* aſper, *roof* palatum, tectum. R

Saphire ſaphirus, *ſafer* tutior; *ſeam* ſutura, *ſcheme* ſchema; *ceaſe* ceſſo, *ceſs* taxo; *ceaſed* ceſſatus, *ſeized* apprehenſus; *ſerious* ſerius, *ſerous* ſeroſus; *ſhire* comitatus, *ſhear* tondeo, *ſhare* partio; *ſighs* ſuſpiria, *ſithes* falces meſſoriæ; *ſows* ſues, *ſouſe* omaſum; *ſex* ſexus; *ſects* diviſiones; *ſorel* trimus, *ſorrel* acetoſa; *ſpies* emiſſarii, *ſpice* aromata; *ſaws* ſerræ, *ſauce* condimentum; *ſoled* ſolea affixa; *ſold* venditus; *ſound* ſanus, *ſwoon* lypothimia; *ſore* ulcus, *ſower* ſator, *ſour* acidus, *ſwore* juravi; *ſeal* ſigillum, *ſeel* camero; *ſteak* offula, *ſtake* depignero; *ſymbol*-um *cymbal*-um, *ſtricter* ſeverior, *ſtricture* ligamentum. S

Tongs forceps, *tongues* linguæ; *treatiſe* tractatus, *treaties* pacta; *throw't* projice iſtud, *throat* jugulum. T

Vale vallis, *vail* velum; *value* valor, *volley* bombardarum ſimul exploſio; *vane* triton, *vain* vanus; *vitals* vitalia, *victuals* victus. V

W *Wer't* eſſes, *wart* verruca; *wîle* ſtratagema, *wild* indomitus; *whey* ſerum, *way* via,

Y *Your* veſter, *euer* aqualis; *yield* præbeo, *guild gild* ſocietas, inauro.

Quædam ex his aliter ſcribuntur, nec in omnibus *ſemper* obſervatur *eadem diſtinctio*; ſcribitur enim *geſſes* pitacia; pro *jeſſes*; & *geſſes* cum *g* dura vel *gueſſes* conjecturam facit; *get jet jeat* gagates, & *get* cum *g* durâ acquiro; *geloſy jealouſie jeloſy* zelotypia, *girk jirk* flagello, *gelly jelly* coagulum, *&c.* *Corants corinths currants* uvæ corinthiacæ. Tantâ itaq; *ruderis* mole ſemotâ; iſtam *ſcripturam* quæ *nativam* ſcribendi *rationem*, & linguæ *analogiam* maximè adſtruit; elegi.

Pars Tertia.

In quâ de singulis partibus orationis, earumq; Etymologiâ, diversis relationibus, varîis modis & syntaxi; tractatur.

CAP. I.

De partibus orationis.

CUm in primâ parte de *elementis* earumq; *accidentibus*, in secundâ de *scribendi* & *pronunciandi methodo* tractavi; jam in tertiâ de *singulis* orationis *partibus*, & diversis *relationibus* variisq; *modis*, (in ordine ad syntaxin) quæ latinè per varias *inflexiones* exprimuntur; in nominibus nuncupantur *declinationes* & *casus*, in verbis *conjugationes* Sect. 1.

gationes, *modi*, *tempora*, *numeri*, & *personæ*; *tractare* designavi; quæ omnia per paucas *particulas* anglicè exprimuntur; quæq; *brevi faciliq*; methodo *citò* perficiam.

Dictiones quæ principales constituunt sententiæ partes, *integrales* vocantur; quæ circumstantias sensum modificantes, *particulæ* nuncupantur.

Integrales vel nomina sunt vel verba.

Nihil, *nemo* & *similia sunt compositæ partes orationis nempè nulla res, nullus homo.*

Nomen est vocabulum quod rem ipsam vel qualitatem indicat; id quod *rem ipsam* vel *qualitatem* per se *subsistentem* denotat, *substantivum* nominatur; id quod substantivi *naturam* demonstrans de eo prædicatur, *adjectivum* (id est, *adjuncta natura*) vocatur.

Nomina, quæ varias rerum species exprimunt vel notiones reales aut fictitias, appellativa denominantur; quæ individuis assignantur, propria. Nomina collectiva, fictitia, interrogativa, numeralia, cardinalia, ordinalia, distributiva, partitiva, universalia, particularia, verbalia, diminutiva, possessiva, materialia, localia, participialia, quæ abundantiam, similitudinem significant, explicare, ad nostrum propositum non facit, quæq; in aliis Grammaticis satis explicantur, quorum item definitiones in nominibus continentur. Etymologia respicit verborum originationem, sive sint primitiva vel derivativa.

Divisio

Sect. 2. sive simplicia vel composita sunt.

Divisio nominum in *concreta* & *abstracta*, maximè nostram meretur disquisitionem, ut *intima* eorum *natura* magis illucescat.

Id, quod significat *ens* vel *rem ipsam*, denominetur *concretum*; quod *essentiam* significat, *abstractum*: concretum, quod *nudè* denotat rem vel ens, est substantivum neutrum; quod simul actionem consignificat est substantivum activum; *passionem*, substantivum passivum; & *singula* horum *trium* formant item abstracta sibi correspondentia: quibus *totidem* respondent *adjectiva*.

Nulla generalis & certa, in ullâ forsitan linguâ, constituitur analogia; quæ varias notiones entis & essentiæ rerum exprimere possit: nec ullum dictionarium, in quo, ab aliquâ primitivâ dictione, tot deducuntur derivationes; quamvis literati homines pro arbitrio derivativa formant de novo, quæ hasce exprimant notiones plerumq; tamen per periphrasin explicamus.

Quædam substantivorum *genera* derivationes activas & passivas non habent; ut lapides, metalla & hujusmodi, quæ propter defectum materiæ in res alias non agunt, ideoq; tantùm sunt neutra (ni externa causatio illis sensum dat transitivum, ut *petrifying*, *metallifying* quod actus est naturæ non lapidis) di-

cimus *becoming* vel *becom a stone* fit petra: & ita de cæteris. Sic *heating* attribuitur calori sicut proprius ejus actus; & coquo, per causationem; *baking* fornaci & pistori.

Situs: oriens, occidens, obliquus, &c. dicimus *setting*, *placing*, *situating*, *east*, locans occidentaliter.

Dimensio: linea, superficies, corpus, &c. *making a line* faciens lineam. *Lining* non derivatur à *line* lineâ, sed à verbo *to line* duplicare.

Figura: longus, latus, rotundus, &c. *making*, *fashioning long*, faciens longum; dicimus *rounding*, *squaring* faciens rotundum, quadratum.

Numerus: unus, duo, tres, &c. numerans unum, duo.

Magnitudo: pollex, pes, ulna, &c. metiens per pollicem. Dicimus *thumbing* at significat plurimùm tractans pollice, *footing* pro proficiscor.

Gravitas: granum, drachma, uncia, &c. ponderare per granum; *pounding* non à *pound* libra, sed à *pound* contundo.

Duratio: novitas, vetustas, &c. agens in istis temporibus, pueritia, juventus, &c. durans tempus pueritiæ. *Childing* pro parturiens dicitur.

Quædam

Quædam diversos habent actus; ut homo, spiritus, Deus, &c. ubi dicimus *acting* vel *doing* agens vel faciens ut homo. Dicimus *horse-ing* in equum mittere activ: ascendere neutr: *cow-ing* intimido, *man-ing* duco.

Nomina activa maximâ ex parte derivantur â dictionibus, quæ significant actus vel qualitates, quæ insunt subjectis; ut *tooth* dens, *bit* morsus, *biting* mordeo; *tongue* lingua, *lick-ing* lingo lingens. *Oven* fornax, *bak-ing* pinso, pinsens. Aliquando à subjectis; ut *fire* ignis, *heat* calor, *firing heating* accendens calefaciens. *Water* aqua, *wet* mador, *watering* irrigaus, *wetting* madidans.

De his itaq, *tantum* loquar, *quantum* nominum *notitiam* reddat *claram* & *distinctam*, nempe quomodo *derivantur*, qualis sit eorum *analogia*, quid *significant*, quotuplex est *methodus* easdem *exprimendi* notiones. Quod ut melius nostrum prosequamur institutum, duo proponam exempla, in *quibus* novæ quædam fingendæ sint dictiones, secundum vulgarem analogiam, quæ *hasce notiones* optimè exprimere possunt; in quibus observandum est *adjectiva* respondere *substantivis* in numero & significa-

tione *eademq;* sunt versa in adjectiva, quæ demonstrant *naturam* vel istam qualitatem, quam adjectiva denotant, inesse vel pertinere *substantivis,* de *quibus* affirmantur.

Substantiva.

	Concreta.	Abstracta.
Neutrum	*Heat* calor	*hotness* coloritas
Activum	*Heating* calefactio	*calefactivity* calefactivitas
Passivum	*The being Heated* Jo calefieri	*calefactibility* calefactibilitas

Adjectiva.

	Concreta.	Abstracta.
Neutrum	*Hot* calidus	*caloritative* caloritativus
Activum	*Heating* calefaciens	*calefactive* calefactivus
Passivum	*Heated* calefactus	*calefactible* calefactibilis

Substantiva.

	Concreta.	Abstracta.
Neutrum	*Love* amor	*Amity* amitas
Activum	*Loving* amatûs	*Lovingness* amativitas
Passivum	*The being loved* Jo amari	*Loveliness* amabilitas

Ad

Adjectiva.

Concreta		Abstracta.	
Loveful vel in *love*	amatorius	*amitative* amitativus.	*Neutrum*
Loving amans		*amorous* amativus	*Activum*
Loved amatus		*lovely* amabilis.	*Passivum*

1. *Heat* calor, *love* amor significant *qualitates* ipsas, quæ *insunt* subjectis, sine *respectu* ad actionem vel passionem; ideoq; vocantur substantiva concreta neutra. Hujusmodi substantiva semper radices esse debent, à quibus *cætera* etiam formari debent: res enim primùm existere necessum est, priusquam agere vel pati vel essentiam [id est potentiam vel aptitudinem] habere possunt; aliquando tamen verba vel adjectiva sunt radices, ut statim patebit. Quando hujusmodi substantiva desunt, locum eorum supplent nomina activa; ut *lightning* fulgur, fulgurans, fulguratio; *dwelling* habitatio, habitans; *hearing* auditus, *hunting* venatus, venatio, venans: latina derivativa in *on*; ut *destruction*, *plantation*, *potion*, *dominion*;

Sect. 3. *Substanti. Concretum Neutrum.*

on; ſubſtantiva abſtracta; ut *ſurlineſs* ferocitas, *ſturdineſs* contumcia. Ubi *obſervandum* occurrit, quod Adjectiva concreta neutra & ſubſtantiva neutra abſtracta, quæ ab illis derivantur, ope dictionum auxiliarium, periphraſticè omnes notiones, neceſſitatis vel varietatis gratiâ poſſunt explicare; ut *making*, *made ſurli-neſs*, &c. quod amplius ex ſequentibus innoteſcet. In linguâ Græcâ, Latina, Anglicanâ eandem habent vim *modi infinitivi* abſolutè ſumpti, in voce activa.

Derivatio. Hujuſmodi ſubſtantiva plerumq; eadem ſunt cum verbis, quæ ſi *ſubjecta* denotant *inhæſionis*, tum nomina activa ab illis derivata non ſignificant actum ſubjecti, ſed actum alterius; ut *fiſh-ing* piſcis, piſcor, piſcans; *planting* planta, planto, plantans; *drink-ing* potus, poto, potans; *hedg-ing* ſeps, ſepio, ſepiens, *houſ-ing* ſtabulum, ſtabulo, ſtabulans. Sic *act* ago, actus; *aſſent* aſſentio, aſſenſus; *appeal* appellatio, appello; *aray* veſtio, veſtitus; *ſhake* moveo, motus; *light* accendo, lux, item lucidus; *light* vel *vain* levis; *oil-ing* unguo oleum, unguens; *rul-ing* regno, &c.

in th. Ex his quædam derivantur ab adjectivis vel verbis quaſdem mutando literas,

ras & addendo *th* ; ut *broad* vel *wide* *breadth* vel *width* latus, latitudo ; *dear* charus, *dearth* caritas [fames] *deep* profundus, *depth* profunditas ; *dry* aridus, *drith* vel *drought* ariditas ; *high* altus, *height* altitudo ; *long* longus, *length* longitudo ; *merry* hilaris, *mirth* hilaritas ; *moon* luna, *month* menſis ; *ſlow* tardus, *ſloth* tarditas, *true* verus, *truth* veritas ; *young* juvenis, *youth* juventus ; item à verbis *bear* pario, *birth* partus ; *dy* morior, *death* mors ; *drink* poto, *draw* haurio, *draught* hauſtus, tractio, delineatio ; *fly* volo alis, *flee* fugio, *flight* volatus, fuga ; *defray* ſolvo, *fraight* naulum ; *fray* terreo, *fright* timor ; *grow* creſco, *growth* incrementum ; *rue* lugeo, *ruth* luctus ; *ſee* video, *ſight* viſus ; *till* colo, *tilth* cultus ; *warm* tepefacio, *warmth* tepor ; & à ſubſtantivis *well* benè, *weal* bonum, *wealth* opes ; room *ſpatium*, *roomth* capacitas.

Dictiones in *ment* & *age* finitas à *Gallis* mutuamur, vel ſaltem formam ; ut *commandment* mandatum, *conducement* auxilium, *government* imperium vel regnum, *judgment* judicium, *management* adminiſtratio, *puniſhment* pœna, *parlament* parlamentum, *ſettlement* collocatio. *Bondage* captivitas, *dotage* deli- in *ment* & *age.*

deliriium, *herbage* pascuum, *parentage* parentela, *usage* consuetudo.

in *ance* & *ence* & in *dom*. Et in *ance* & *ence*; ut *repentance* resipiscentia, *penitence* penitentia. Cum derivantur à posteriori supino in *su*, scribimus item *ense*; ut *suspense* vel *suspence* hæsitatio. In *dom*; *wisdom* sapiens, *freedom* libertas.

Adjectivum concretum neutrum. Quibus respondent adjectiva *hot* calidus, *loveful* amatorius: id est, id quod habet calorem vel amorem; *that which hath heat or love*. Hujusmodi adjectiva exprimuntur per substantivum concretum cum præpositione *in* prefixâ; ut *in danger* in periculo, *in prison* in carcere, *in love* in amore. Cum copiam denotant, dicimus *full of*; ut *woody* saltuosus, *full of woods* vel *very woody* sylvarum plenus.

Derivatio. Hujusmodi adjectiva aliquando eadem sunt cum verbis, aliquando cum substantivis; ut *warm* tepidus, tepido; *light* lucidus, accendo; *cold* frigidus, frigus; *good* bonus, bonum; *salt* salsus, sal.

in *som*. Quædam variis modis à substantivis vel adjectivis derivantur, significantiâ tamen paululum variatâ, in *som*; ut *burdensom* onerosus, *delightsom* jucundus, *gamesom* jocosus, *handsom* dexter vel elegans,

hu-

humorſom moroſus, *lightſom* lucidus, *toilſom* laborioſus, *troubleſom* moleſtus. Et ab adjectivis, *aloneſom* ſolitarius, *fulſom* nauſeoſus, *wholeſom* ſalubris.

In *full*: *Careful* ſtudioſus, *delightful* jucundus, *fruitful* fœcundus, *hateful* odioſus, *helpful* auxiliaris, *hurtful* noxius, *joyful* hilaris, *luſtful* libidinoſus, *pitiful* miſericors vel miſer, *plentiful* copioſus, *ſcornful* faſtidioſus, *rightful* juſtus, *ſpiteful* malitioſus. in *full*, copiam

In *y earthy earthly* terreſtris, *handy* dexter, *hearty* ſanus, *luſty* vegetus, *mighty* potens, *watery* aquoſus, *wealthy* opulentus, *witty* ingenioſus, *worthy* dignus, *woody* ſylvoſus; in *ly timely* opportunus, hæc ſimilitudinem denotant *giantly* giganteus, *godly* pius, *goodly* pulcher, *heavenly* cœleſtis, *worldly* mundanus; ſed *lovely* amabilis eſt abſtractum paſſivum. in *y* vel *ly*.

In *iſh*: ſi *radix* ſit ſubſtantivum, derivativum *ſimilitudinem* denotat; ſin autem adjectivum, diminutionem; ut *childiſh* puerilis, *curriſh* caninus, *deviliſh* diabolicus, *fooliſh* fatuus, *helliſh* infernalis, *lumpiſh* vel *blockiſh* ſtupidus, *ſlaviſh* ſervilis, *ſoftiſh* vel *ſomewhat ſoft*, tenellus, *ſotiſh* ſtupidus, *thieviſh* furax, *wateriſh* aquoſus, *wolfiſh* lupinus, *apiſh* in *iſh*

or

or like an ape inſtar ſimiæ; *blackiſh* ſubniger, *reddiſh* rubellus, *whitiſh* candidulus.

in ous & al *vid. Sect.* 7. *Cap.* 1.

In *ous*, *gorgeous* ſplendidus, *hainous* immanis, *hideous* horridus, *outragious* veſanus, *riotous* luxurioſus, *venturous* audax. Cum plurimis aliis, quæ maximâ ex parte derivantur a latinis in *us* vel *oſus*. In *al*. *ſpiritual* ſpiritualis, *temporal* temporalis, *eccleſiaſtical* eccleſiaſticus. Hæc omnia, præter iſta in *al*, formant ſubſtantivum *abſtractum* addendo *neſs*, ut *carefulneſs* ſolicitudo, &c. & adverbium addendo *ly*, ut *carefully* ſollicitè.

Sect. 4. *Subſt. concre. activ.*

2. *Heating* calefactio: id eſt *the cauſing of heat*; qualis actus exprimitur per *doing*, *making*, *cauſing*, *giving*: ut *making wiſe the ſimple* afferens ſapientiam imperito; *giving glory to* [*glorifying*] *God* tribuens gloriam Deo, eadem etiam eſt ratio ſubſtantivorum.

Derivatio.

Quæ ſemper derivantur a verbis, (quibus numero æqualia ſunt) addendo *ing*; ut *harden* obduro, *hardening* obdurans; *believe* credo, *believing* credens; ſic obduratio, credentia, *the hardening*, *the believing*.

Adjectivum.

Cui reſpondet adjectivum *heating* calefaciens; quod frequentiſſimè occurrit

rit in linguâ Anglicanâ, quando loquimur de præſenti actu, in Græcâ non raro; ut *he is reading*, *going*, *brewing*, *taking away*. Sic πορευόμενος ἦν τὴν ὁδόν. ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. τοὺς ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. Raro autem in latinâ; potius enim dicimus ille legit, proficiſcitur, pandoxatur, aufert; quam ille eſt legens &c. Quando autem loquimur de habitu, vel de actibus frequenter repetitis; vel brevitatis cauſâ, præſertim ſi tempus præſens minus accurate obſervetur; adjectivum cum copulâ exprimitur in uno vocabulo, quod verbum activum nuncupatur; ex. gr. *he is loving to his friend* hoc modo contrahitur, *he loves his friend* diligit amicum.

Subſtantivum perſonæ.

Quando denotat habitum, artem, officium vel munus alicujus perſonæ, tum perſona tum adjectivum uno verbo exprimitur; ut *he is drinking*, *he drinks* prior de actu, poſterior de habitu, *he is a drinker* ille eſt potator dicitur de perſonâ; ſi in exceſſu *a drunkard* bibax. Sic *baker*, *ruler*, & ſimilia; quæ fere omnia formantur a verbis, addendo *er*; excipe pauca; ut *king* rex, *tyrant* tyrannus, *magiſtrate* magiſtratus, *judge* judex, *parent* parens, *butcher* lanius,

nius, *grocer* aromatarius, *drugster* aromatopola, *vintner* vinarius: Cum quibusdam aliis quæ artes denotant.

Sect. 5. *Substantivum concretum passivum*

3. *The being heated* Tò calefieri, id est recipiens calorem. Consimilem habent significationem, *the suffering, enduring, bearing, undergoing,* & similia; huic æquivalet infinitivus passivæ vocis absolutè sumptus. & aliter latinè aut græcè explicari non potest; idem est cum adjectivo sibi respondenti cum (*the being* vel *being*) præposito, ut ejus Tò puniri *his being* punished; quando adjectivè ponitur, idem significat ac ablativus absolutè sumptus; ut principali transgressore castigato, timent cæteri; *the chief offender being punished the rest fear*; id est, *when the chief offender is punished*:

Adjectivum.

Cui respondet *heated* calefactus; quod regulariter formatur à verbo activo, addendo *ed* vel *en*. *Exceptiones locantur sub caput quartum, & sectionem quartam de præterito tempore activo*; (nam eadem sunt.) Per hoc adjectivum invariatum tota formatur vox passiva, cum copulà, quæ exprimat essentiam subjecti, & aliis particulis, quæ distinguant modos & tempora; ex. gra: *I love* amo format, *I loved* amabam, *I*

am

am loved amor, *I was loved* amabar, *have been loved* amatus fui, *ſhall be loved* amabor, *I may* vel *can be loved* amer, *I ſhould be loved* & ita de cæteris modis, temporibus & perſonis.

Sicut prius adjectivum ſæpe vertitur in verbum activum; ut *he is pilfering* ille eſt ſurripiens; *he pilfers* ille ſurripit; & quando artem, habitum, vel officium reſpicit, vertitur in ſubſtantivum perſonale, *he is a pilferer.* Ita quando rei applicatur, ſicut item adjectivum paſſivum, propter ſermonis convenientiam exprimitur per ſubſtantivum; ut perſona regnans dicitur rex *a king*; res regnans, authoritas *power*; res regnata, regnum *a kingdom* (eandem ſequuntur analogiam, *princedom* principatus, *dukedom* ducatus, *earldom* comitatus, *popedom* papatus, *chriſtendom* chriſtianiſmus) Epiſcopus *biſhop* eſt perſona gubernans, canon res gubernans, Epiſcopatus res gubernata. Judex *Judg* perſona Judicans, lex *law* res Judicans, judicium *judgment* vel ſententia, res judicata.

Secunda claſſis ſubſtantivorum, quæ ſumunt ſenſum à prioribus, eorumq; naturam denotant abſtractam. *Sect. 6.*

1. *Heat*

Substantivum abstractum Neutrum. 1. *Heat* calor, *hotness* caloritas; id est potentia vel aptitudo caloris: explicatur etiam per adjectivum concretum neutrum, cum *temper* temperamentum, *nature* natura, *constitutio-n*, *dispositio-n*, *facult-as-y*, *virtu-s*; & hujusmodi: ut *cold temper*, *coldness* frigiditas.

Derivatio. Derivatur item ab adjectivo concreto addendo *ness*, secundum analogiam Anglicanam; secundum vero latinam terminatur in *ty*; ut *nimble* activus, *nimbleness* activitas; *active*, *activity*: *frail-ness*, *frailty* fragilitas.

in head vel hood Excipiuntur pauca in *head* vel *hood*; ut *false-ness-hood* falsitas, *Godhead* deitas, *likely-ness-hood* probabilitas, *manhood manli-ness* virilitas, *maiden head maidenliness* virginitas, *brotherhood brotherliness* fraternitas, *neighbourhood neighborliness* proximitas; semper dicimus *knight-hood* equestris ordo, *Priesthood* sacerdotium *widowhood*, viduitas.

in ship. Quibus addantur quædam in *ship*; *Chancellorship* cancellariatus, *fellowship* societas, *gardianship ward* vel *wardenship* tutela, *kingship* vel *kingliness* regalitas, *lordship* dominatio, *partnership* participatio, *stewardship* dispensatio, *worship* à *worth* dignitas.

Adjectivum. Cui respondet *caloritative* caloritativus; id est quod habet caloritatem; hu-

hujusmodi derivatio in usu non est, formari tamen potest â vocibus latinis in *tas* (quæ significant substantiva neutra abstracta) mutando *s* in *tive*; ut amitas *amitative*: dicimus itaq; quod habet amitatem et sic in cæteris.

2. *Calefactivity* calefactivitas, potestas vel aptitudo producendi calorem, huic æquivalent *ability*, *proneness*, *disposition*, *inclination*, *tendency* propensitas, &c. Hujusmodi derivationes paucæ occurrunt. *Lovingness*, *sparingness*, *willingness*, *obligingness* derivantur ab adjectivis concretis activis, *loving* amans, &c. *amorousness*, *credulousness* credulitas, *obsequiousness*, *querulousness* ab adjectivis sibi respondentibus in proximo paragrapho: quæ lingua latina in unâ dictione non attingit. *Sect. 7: Substant. abstractum activum.*

Calefactive calefactivus; id est potens, vel aptus ad calefaciendum. *Amorous*, *credulous*, *obsequious*, *captious*, *querulous*, pronus vel aptus ad amandum, ad credendum, ad obsequendum, ad capiendum, vel cavillandum, ad querendum; cætera formantur à posteriori supino, mutando *u* in *ive* ut ab amatu *amative*, sic *diminutive*, *significative*, *demonstrative*. *Adjectivum.*

Cale-

Sect. 8. *Substanti. Abstractum passivum.*

Calefactibility calefactibilitas; id est aptus ad calefactandum. Secundum anglicanam analogiam terminantur in *ness*, secundum latinam in *ty*; ut *credibleness credibility*, *sensibleness sensibility*, *fallibility*. Derivantur ab adjectivis abstractis passivis sibi correspondentibus.

Adjectivum.

Calefactible calefactibilis; id est aptus ad recipiendum calorem, explicatur per *that may be*, *capable to be*, *apt to be* &c. ut *penetrable*, *effable*, *accessible*, *comprehensible*, *evitable*; *that may be penetrated* vel *pierced*, &c. Quæ maximâ ex parte derivantur à posteriori supino mutando *tu* in *bilis ble*, vel *su* in *ibilis ible* & verbalia vocantur, passiva; quæ à primâ deducuntur conjugatione, scribuntur cum *able*, anglicana item composita; ut *saleable* vendibilis, *warrantable* præstabilis; cætera (præter *capable* capax) cum *ible*. Ex his quædam analogiam non sequuntur; ut *lovely* amabilis, *mortal* tum activum tum passivum est, mortifer vel quod mori potest: sic *pitiful* misericors, miserabilis; *fearful* timidus, formidabilis; *conducible* conducibilis, *amicable* amicabilis, *reasonable* rationalis, *equitable* æquus, *charitable* benignus, sunt neutra.

Hujuſmodi derivationum formatio in plurimis exemplis difficilis eſt.

1. Quia nulla datur certa analogia vel regula in linguis inſtitutis, quæ linguarum meliorationem maximè promoveat, illaſq, certas, perſpicuas ac copioſas reddat.

2. Quia plura ſunt vocabula ſynonima, quædam anglica, quædam à latinis derivata; à quorum uno partim formantur, partim ab altero, partimq; à voce inuſitatâ; ut *belief*, *faith*, *credit*: ſubſtantiva concreta *Belief* fides, *believing* credentia, *being believed* τὸ credi. Adjectiva *faithful* fidelis, *believing* credens, *believed* creditus. Subſtantiva abſtracta; *faithfulneſs* fidelitas, *credulity* credulitas, *credibility* credibilitas. Adjectiva *creditative* (à creditas quod non eſt in uſu) creditativus, *credulous* credulus, *credible* credibilis.

3. Quia quædam ab analogiâ excipiuntur; ut *ſerviceable* officioſus, *reaſonable* rationalis, *creditable commendable* laudabilis ſunt adjectiva concreta neutra: *odious* odibilis abſtractum paſſivum. Aliquando abſtractum ponitur pro con-

concreto; ut *hardneſs* durities, *emptineſs* vacuitas. Et *ſturdy* robuſtus, *ſturdineſs* robur; *ſurly* ferox, *ſurlineſs* ferocitas, omnium ſupplent locum.

Dictionarium itaq; callidè compoſitum ad perfectiorem linguæ anglicanæ notitiam acquirendam, neceſſarium eſt; quod triplex fiat. 1. Unum in quo definitiones omnium rerum contineantur ſub diverſis generibus ordine diſtributæ, ſimul & derivativa & ſynonyma ſub ſingulis definitionibus addantur; prout in tabulis libro, de reali charactere & linguâ philoſophicâ, præfixis. 2. Alterum Anglo-latinum de vocabulis alphabetico ordine diſpoſitis, & variis ſignificationibus diſtinctè explicatis, cum notâ quæ demonſtret ſive abſtractum ſit aut concretum; ſive neutrum, activum aut paſſivum; prout in dictionario, quod libro prædicto ſubjungitur, videre licet. 3. Tertium de originatione dictionum ſaltem earum quæ *originis* ſunt *Teutonicæ*, in eâdem methodo, quâ, Scapula lexicon ejus compoſuit Græco-Latinum. Opus fateor arduum & accuratum, non minus tamen utile aut laudabile, & ad noſtræ linguæ honorem aliorumque utilitatem plurimùm conducibile.

Sect. 9. De *Etymologiâ Verborum*.

Verba, maximâ ex parte, ſunt primitiva, eademq; cum aliis orationis partibus; ut *farther* porro, *forward* prorſum, *to farther*, *to forward* promoveo; De quibus prius dictum eſt. Formantur

mantur quædam à ſubſtantivis vel adjectivis addendo *en*; ut *black* niger, *blacken* nigrefacio; *hard* durus, *harden* obduro; *haſte* celeritas, *haſten* accelero; *length* longitudo, *lengthen* producto; *moiſt* humidus, *moiſten* humecto; *ſoft* mollis, *ſoften* mollio; *ſharp* acutus, *ſharpen* acuo; *ſhort* brevis, *ſhorten* abbrevio; *white* albus, *whiten* dealbo; Et *rich* dives, *enrich* dito; *bold* audax, *embolden* adhortor, *courage* animus, *encourage* animo; *light* lux, levis; *lighten* fulguro, allevo, *enlighten* illumino.

De Adverbiorum Etymologiâ. *Sect.* 10.

Adverbia formantur ab adjectivis addendo *ly*, & modum denotant actionis, quæ ſolvantur in ſubſtantiva cum præpoſitione *cum*; ut ille alacriter fungitur officio, *he diſcharges his duty chearfully* vel *with chearfulneſs*. Cæteræ partes orationis in ſuis locis nominatim recenſentur, *In hoc itaq; loco, de hiſce rebus amplius loqui nihil reſtat.*

CAP. II.

De *Subſtantivorum Accidentibus.*

Sect. 1. ACcidentia ſive variæ relationes quæ ſubſtantivorum circumſtantias variosq; modos deſcribunt, dum primarium retinent ſenſum; quod ſyntaxis vocatur; ſunt quatuor generum. 1. Articuli. 2. Numeri. 3. Genera. 4. Præpoſitiones.

De *Articulis* a & the.

a individuum denotat vagum, the *individuum determinatum.*

1. *A* & *the* anglicè reſpondent ad ὁ ἡ τὸ Græcè, quiq; linguam reddere diſtinctam plurimùm conducunt; quamvis non abſolutè ſunt neceſſarii, latini enim nullos habent.

2. *A* eſt enunciativus & plenam dat expreſſionem rei ſequentis; hic tantùm numero ſingulari præponitur, & quando dictio ſubſequens à vocali incipit, dicimus *an*, & quando adjectivum ſubſtantivo præponitur, *a* præponitur adjectivo; ut *a learned man* doctus homo. Excipe tamen quando *ſuch* talis eſt adjectivum, vel *too* nimis, *ſo* adeo, vel *a*

tam

n præcedunt adjectivum; *so gracious Prince, too merciful for so rebellious a ple*, princeps adeo gratiosus, nimis sericors gubernator, pro tali populo contumaci. *A* aliquando propter onunciandi facilitatem ponitur pro ; ut *a bed* pro *in bed*; pro *of*; *a meae a barly* modius hordii, pro *of barly*. iquando redundanter ante adjectiva; *a going* proficiscens, *a dying* moriens, *doing* agens, pro *going*; nisi dicereus *about*, vel *in going* profectus. *Afraid* territus à *fray* terreo, *ard* timidus à *fear* timeo.

3. *The* additur utrisq; numeris, ando singulari, demonstrativus est & phaticus, eo etenim utimur, quando quimur de re vel personâ, quam leor vel auditor scit vel scire supponar, quia eminens est, vel antedicta; *the king* rex: loquens de rege Anæ.

4. *a* Non ponitur a ante voces quæ nificant res homogeneas, quæ divi non possunt in distinctas partes & fferentes, ideoq; carent plerumque mero plurali: ut ante diversa gene herbarum, frugum, liquorum, mellorum, virtutum, vitiorum: Quia individuum reddit & particularem.

I 3 Cum

Cum autem accipimus *water* aquam pro *a flood* flumine, & *iron* ferrum pro inſtrumento ferreo, vel hujuſmodi; individuationem indicabit; *a great water overflowed Roterdam* 1682, permagna aqua inundavit Roterdamum. *Bring me the iron* affer mihi ferrum. 2. *a* Vel *the* non ponuntur ante Propria Nomina, neq; 3. Ante pronomina, vel adjectiva quæ circumſcribunt ſubſtantivum & individuum reddunt; ut *one* unus, *thy* tuus, *my* meus, *this* hic, *that* ille, &c. neq; 4. Quando dictio generaliter & indefinitè ſignificat; ut *piety* pietas, juſtice *juſtitia*, *ſobriety* ſobrietas faciunt homines maximè ſecuros & felices & dilectos à Deo & hominibus. *Many a man*, *never a man* ſunt idiomata, id eſt, *many men* plures homines; *no men* nulli homines. Sed in hoc *The clemency of the king makes him beloved, the maintenance of juſtice will make him rever'd and eſtabliſh his Throne*, clementia regis reddet eum charum bonis, conſervatio juſtitiæ venerandum, ſoliumq; ejus firmatum: Verba concomitantia *of the King*, *of Juſtice* definita faciunt *the clemency*, *the maintenance*.

De

Sect. 2.

De *Pronominibus.*

Pronomen est nominis vicarius: sicut enim nomen est signum rei, sic pronomen est nota nominis. Quorum tria sunt genera. Personale. Relativum, Demonstrativum.

1. Pronomina ista, quæ immediatè denotant rem ipsam quæ non referuntur ad nomen, nuncupantur Personalia; ut ego vidi te & illum simul, *I thee him* immediatè repræsentant personas; ubi nomina sibi non adjiciuntur, neq; ad illa referuntur, puta *Georgium* qui loquitur, *Robertum*, cui alloquitur, *Richardum*, de quo loquitur.

2. Ista, quæ nomen concomitantur, prout ferè accidit, quando primùm fit mentio rei, vocantur demonstrativa: ut *this ground and that house are my Landlords*, hoc solum & ista domus sunt domini mei fundi.

3. Ista, quæ supplent locum nominum, ut frequens evitetur ejusdem vocis repetitio, breviorq; fiat sententia; Relativa vocantur; ut *you know, Thomas, who, under the cloak of Religion deluded so many, he is in the plot.* Thomam cognoscis, qui sub prætextu religionis, tot

illudit, ille conſpirationis reus inveni-tur; *qui* & *ille* ponuntur pro *Thoma* cui reſpiciunt,

Perſonalia. 1. *I* ego. 2. *Thou* tu. 3. *He* ille, *ſhe* illa, *it* illud. 1. *We* nos. 2. *Ye* vos. 3. *They* illi, illæ, illa. Quæ duos habent caſus, primarius ponitur pro nominativo, ſecundarius pro cunctis aliis caſibus. Et ab his formantur poſſeſſiva & reduplicativa, nempe quando emphaticè loquimur, voces reduplicantur, quæ unicum habent caſum.

	1. Perſona.		Poſſeſſiva.
Singularis	*I* ego.	*mee* me.	*my* vel *mine* meus.
Pluralis	*Wee* nos.	*us* nos.	*our* vel *ours* noſter.

	Reduplicativa.	Poſſ. Redupl.
Singularis	*I my ſelf* egomet.	*my own.*
Pluralis	*We our ſelves* noſmet.	*our own.*

	2 Perſona.		Poſſeſſiva.
Singularis	*Thou* tu	*thee* te	*thy* vel *thine* tuus.
Pluralis	*Ye* vos	*yee* vos	*your* vel *yours* veſter.

	Reduplicativa.	Poſſ. Redupl.
Singularis	*Thy ſelf* tu ipſe	*thy own.*
Pluralis	*Your ſelves* vos ipſi	*your own.*

3. Perſona.

3 Persona.			Possessiva.		
M.	*Hee* ille	*him* ipsum	*his*	suus vel ejus.	*Singularis*
F.	*shee* illa	*her* ipsam	*hers*		
N.	*it* illud	*it* illud	*its*		
M.	illi	*them* illos			
F.	*They* illæ.	*them* illas	*theirs*	suus vel eorum.	*Pluralis*
N.	illa	*those* illa			

I, *thou*, *he*, *she*, *we*, *ye*, *they*, verbis anteponuntur *me*, *thee*, *him*, *her*, *us*, *you*, *them*, postponuntur verbis & præpositionibus.

	Reduplicativa.		Poss. Redupl.	
M.	*He himself*	ille ipse	*his own.*	
F.	*She her self*	illa ipsa	*her own.*	*Singularis*
N.	*its self*	illud ipsum	*its own.*	
M.		illi ipsi		
F.	*They themselves*	illæ ipsæ	*their own.*	*Pluralis*
N.		illa ipsa		

Pro *thou*, *thee*, & *ye* dicimus *you* in communi sermone, nisi emphaticè, fastidiosè, vel blandè dicimus *thou*. Quando vocalis sequitur aliquando dicimus *mine*, *thine*, pro *my*, *thy*. Et quando nullum sequitur substantivum; semper, *mine*, *thine*, *ours*, *yours*, *hers*, *theirs*. Et quidam malè *ourn*, *yourn*, *hern*, *theirn*. *Self* & *own* in compositione

tione tantùm habentur ; pro *his se-* ſcribimus *himſelf* ; *its ſelf*, *it ſelf* *their ſelves*, *themſelves*.

Quæ ſequuntur, adjectiva ſunt, ha- tria ad identitatem referunt, *th-* hic, *that* ille, *the ſame* idem.

		Poſſeſſiva.	Reduplicativa.
Singularis	*This* hic	*belonging to this* hujus	*this very* hic ip-
Pluralis	*Theſe* hi	*belonging to theſe* horum	*theſe very* hi ip-
Singularis	*That* Ille	*belonging to that* illius	*that very* ille ip-
Pluralis	*Thoſe* illi	*belonging to theſe* illorum	*thoſe very* illi ip-
Singul. } *Plural.* }	*The ſame* idem	*belonging to the ſame* ejuſdem	*ſelf-ſa-*

Hæc quatuor ſunt ſingularia indefinita.

Another alius, *anothers* alterius, *qu-* *another*.

A certain quidam, *belonging to a cer-* *tain* cujuſdam.

Som aliquis, *ſombodies* alicujus.

Any, ought, ever a ullus, *any on-* *any bodies*, ullius.

Generale diſtributivum.

Every one unusquiſq; *every ones* u- uſcujuſque.

Ge-

Generale collectivum.

All omnis, *belonging to all.*

Interrogativum.

Who ? *which* ? *what* quis ? *whom* quem ? *whose* cujus ? quod componitur (& ſolvatur in) *ſuch a one of all you* ? talis è vobis ?

Relativum.

Who, which, that qui, *whom* quem, *whoſe* cujus, id eſt *and he* & ille, *whoſoever* quicunque. Hæc pronomina denominant ſententiam vel partem ejus univerſalem vel indefinitam ; ſingularem vel particularem.

Secundum pronominis definitionem, horum unumquodq; pronomen haberet, quod exprimeret tempus, locum, & morem ; ut interrogativum *who* ? facit *where* ? id eſt *in what place* in quo loco ? *when* ? *at what time* quo tempore ? *how* ? *after what manner* quo modo ? Et ita de cæteris. Sed ſecundum uſum vulgatum, inter adverbia numerantur, ubi iſta invenias.

Hæc

Hæc ſæpe ſubſtantivè ponuntur : ut *what is that* pro *what thing*, quid eſt iſtud? *which is he*? quis eſt ille? *what is the matter*? quid eſt rei? Et pro *of this* dicimus aliquando *hereof* hujus vel de hoc, pro *of that*, *of theſe*, *of thoſe*; *thereof* ejus, horum, illorum: *of which*, *whereof* cujus vel de quo; *by this*, *hereby* hac re; *by that*, *thereby* eâ re; *by which*, *whereby* quo vel quibus; *upon this*, *hereupon* hac de cauſa; *thereupon* illa de cauſa; *whereupon* quâ de cauſa. *thereabout* circa iſtud tempus; *thereabout* circa iſtum locum; *hereabout* &c. *wherefore* quare; *therefore* itaque; *herein* in hoc, &c. *herewith* cum hoc.

Sect. 3. De *Generibus*.

Prout genus denotat ſexum, propriè loquendo duo tantùm eſſe poſſunt; ideoque omnes voces cujuſcunq, terminationis, quæ ſignificant marem, ſunt maſculini generis; quæ fæminam, fæminini; Cætera nullum habent genus; impropriè itaq; dicuntur eſſe neutrius generis. Latinè genera numero ſeptem, propter veræ concordantiæ neceſſitatem, multum afferunt difficultatis; Cùm neq; terminatione

neq;

neq; ſenſu genus ſemper dignoſcatur: Nam mancipium *a ſlave*, ſcortum *a harlot* ſunt ne trius; ſcriba *a ſcrivener*, gladius *a ſword*, maſculini: ſcriblita *a tart*, acus *a needle* fœminini.

Anglice genera variis exprimuntur dictionibus, ſicut aliquando accidit latine; ut maritus *a husband*, uxor *a wife*; ſed *prince princeſs* princeps; *Duke* dux, *dutcheſs* duciſſa; *Count* comes, *counteſs* comitiſſa; Neque concordantiam minime reſpiciunt, ſi cognoſcamu. itaq; ſive vox ſignificat marem vel fæminam, ſufficiat; Nam anglicè planè ridiculum eſt dicere *a hedg* ſepes, vel *hatchet* ſecuris eſt fæminini generis. Quando duæ non ſuppetunt diſtinctæ voces, dicimus *male* mas, *female* fœmina vel *hee* ille, *ſhe* illa; ut *a male* vel *female hare* lepus *a hee* vel *ſhee goat* caper, capra. Quædam neutra per metaphoram habentur pro maſculinis ob eminentiam; quædam ob ſimilitudinem pro fœmininis; ut quando loquimur de ſole dicimus *His going forth is from the end of the Heaven, and his circuit unto the ends of it*; ab extremitate cælorum exortus ejus, & revolutio ad extremitates eorum eſt. De ecclęſiâ, *ſhe hath nouriſhed children, but they have rebelled againſt her*, ipſa educavit filios,

filios, ipsi antem deficientes rebellaverunt in ipsam.

Sect. 4.

De Numeris.

1. Pluralis numerus plerumq; fit addendo *s*; ut *a pea* pisum, *peas* vel *peasen* pisa. In vocibus quæ terminantur in sono *s* vel z pronunciatur *es* ut *house* domus, *houses* domus, aliter enim sonus posterioris *s* audiri non posset: *de quo locuti fuimus Parte* 1. *Cap.* 3. *Paragrapho* 1. *de usu & sono e.*

2. Quædam terminantur in *en*; ut *child* puer, *children* pueri. *Man* homo, *men* homines. *Woman* mulier, *women* mulieres, *A brother* frater, *Cow* vacca, *sow* sus, dicimus *brothers* fratres, *cows* vaccæ, *sows* sues; & *brethren kine*; at *swine* singularis & pluralis est in utroque genere. *Eyen* oculi, *housen* domus & similia jam desueverunt.

3. *Feet* pedes, *geese* anseres, *mice* mures, *lice* pediculi, fiunt à *foot* pes, *goose* anser, *mouse* mus, *louse* pediculus. At *hose* caliga caligæ, *sheep* ovis oves sunt singularia & pluralia.

4. Hæc semper observanda sit regula, quando singularis exit in aspiratâ, ipsa in plurali, ob pronunciandi facilitatem

atem, vertitur in ſemivocalem (idem cidit poſſeſſivis & verbis quæ fiunt à minibus) Ita *f* vertitur in *v*; ut *calf* tulus, *calves* vituli; *half* dimidium, *lves* dimidia; *life* vita, *lives* vitæ; *ife* cultellus, *knives* cultelli; *ſheaf* faſ-s, *ſheaves* faſces, *ſhelf* abax, *ſhelves* aces; *ſelf* ipſe, *ſelves* ipſi; *wolf* lu-s, *wolves* lupi; *wife* uxor, *wives* ux-es: *s* in *z*, *houſe* domus, *houses* do-us.

Sic *th* in *dh*; quamvis ſcriptura non tatur, tamen mutatur ſonus; ut *h* ſemita *paths* [*padhs*] ſemitæ; *ſheath* gina, *ſheaths* [*ſheadhs*] vaginæ, *th* pannus; at *clóthes* [*clodhs*] veſtes. cipe *earth* terra, *earths* terræ; ubi us *r* non facilè tranſibit ad *dh*.

De *Præpoſitionibus.* *Sect.* 5.

Præter præpoſitiones in linguâ lati-, quæ noſtris reſpondere debent in mero & uſu; quinq; ſunt declinatio-, duo numeri in ſingulis, ſex caſus ambobus numeris, atq; irregularia am plurima; Adjectiva tres ſubſtan-vorum ſequuntur declinationes: quo-m omnium præpoſitiones anglicè pplent locum; & de his tota ferè de-

pendet

pendet syntaxis, præter regulas loquendi principiis communes; quæ ad syntaxin referuntur. Particulariter itaque præpositiones enumerare, eorumque usum describere studebimus; quæ quia substantivorum circumstantias limitant in eorum variis respectibus, nuncupentur *adnomina.* Ex his quædam causalitatem denotant, quædam locum.

I. *Præpositiones causales.*

1. *Of* respondet casui genitivo in linguâ latinâ, & denotat Authorem; ut Opera Ciceronis, *the works of Cicero*; Possessorem; palatium regis, *the Palace of the King*; (quæ vertantur in adjectiva possessiva: *Cicero's works, the Kings Palace.*) Subjectum, *a cup of water*, poculum aquæ; *a piece of bread* frustum panis: vel Relationem, *The son of an Earl* vel *an Earls son* filius comitis.

3. *Of* [ex è] denotat materialem causam; ut *a building of marble*, ædificium marmoratum vel ex marmore constitutum; item *a marble building* *vide Cap. proximum.*

3. *Of* [de circa] idem cum *concerning, upon, about,* [circa quam] denotat objectum

objectum; ut *he is writing a treatise of philosophy*, scripturus est tractatum philosophiæ; *concerning metaphysicks*, de metaphysicis; *about mathematicks* circa mathematicam; *he treats upon a Divine subject*, tractat super subjecto divino.

Subjectum & objectum idem sint, sed cum diversis respectibus; istud enim circa quod mens versatur dicitur objectum: idem, respectu proprietatum, quæ de illo per causas demonstrantur subjectum est. *De quibus logica.*

4. *With, by* exprimitur latinè per casum ablativum & significat instrumentalem causam, vel formalem, vel modum actionis.

5. *With* [cum] significat concomitantiam.

6. *Without, void of* [sine, absq;] contrarium priori.

7. *By* [ab à per] causam efficientem.

8. *For, by reason of* [ob, pro, propter] causam finalem.

9. *According to* [secundum, instar] exemplar, similitudinem vel ideam rei.

10. *For, instead of* [pro, vice] substitutionem.

11. *For* [pro] auxilium & concordantiam ex unâ parte.

12. *Against* [contra] oppositionem ex altera parte.

II. Hæc sequentia referuntur ad locum & tempus, & quædam ad comparationem: prout ad locum pertinent ; quædam motum, quædam quietem, quædam utrumq; denotant, sex sequentia motum tantùm significant.

1. *To* [ad] respicit terminum ad quem, *quid* proficiscens vel transferens; exprimitur latinè per casum dativum.

2. *From* [à ab] respicit terminum à quo, *aliquid* veniens vel procedens.

3. *Into* [in] significat ingressum.

4. *Out of* [ex] egressum.

5: *Up*, *upwards* [sursum] ascensum.

6. *Down*, *downwards* [deorsum] descensum.

III. Sex sequentia quietem tantùm.

1. *At* [apud] vicinitatem aut contiguitatem ; *nigh*, *near to* juxta.

2. *Off* [procul] distantiam.

3. *Within* [intra] terminus est præpositionis *into* in.

4. *With-*

4. *Without* [extra] terminus eſt *out of* ex.

5. *Above* [ſupra] terminus *upwards* ſeorſum, denotat item eminentiam.

6. *Below*, *beneath* [infra] terminus *downwards*.

Duodecim ſequentia motum aut quietem. IV.

1. *Over* [trans] tranſverſum in directâ lineâ.

2. *About*, *round about* [circum] in circumferentiâ.

3. *Thorow* [per] in directo ſpatio intermedio.

4. *Beſide* [præter] vicinitatem collateralem.

5. *Before* [ante] reſpicit frontem.

6. *After* [poſt] tergum vel poſteriorem partem.

7. *Upon* [ſuper] locum ſuperiorem, propinquum vel contiguum.

8. *Under* [ſub] locum aliâ re inferiorem propinquum vel contiguum.

9. *On this ſide* [citra] alio loco propinquiorem.

10. *Beyond* [ultra] alio loco longinquiorem.

11. *Between* [inter] ſpatium intermedium extremas partes reſpiciens.

12. *Against, over against* [adverſus] alicui oppoſitum.

Toward [verſus] ſignificat proclivitatem ſive motum ad locum, vel ſitum in loco; & ſenſum habet indeterminatum; ut *backward* retrorſum, *forward* antrorſum, *upward* ſurſum, *downward* deorſum, *hitherward* huc-verſus, *thitherward* illuc verſus, *heaven ward* vel *toward heaven* cœlum verſus.

Præpoſitiones ſæpè ſine caſibus, ſive adverbialiter ponuntur.

CAP. III.

De Adjectivorum Accidentibus.

Sect. 1. ADjectiva nullas declinationes, caſus, genera, vel numeros habent, neq; poſtulat ratio vel neceſſitas; Primùm enim, eâdem ratione adverbia modos, tempora, numeros & perſonas haberent: Adjectiva itaq; unicum habent caſum, niſi iſta quæ comparantur.

De comparatione. 1. Primarius caſus, qui qualitatem (quam denotat adjectivum) alicui rei in-

inesse demonstrat, sine respectu ad augmentationem vel diminutionem; vocatur positivus gradus; ut *sharp* acutus.

2. Quando cum aliâ re comparatur, ejusq; significatio augetur vel diminuitur; comparativus vocatur gradus; & formatur præponendo *more* vel adjiciendo *er* finalem; ut *more sharp*, *sharper* acutior.

3. Quando res omnes, cum quibus comparatur, excedit, superlativus nuncupatur, qui propriè de tribus saltem affirmari debet; formatur præponendo *most* vel adjiciendo *est* finalem; ut *sharpest*, *most sharp* acutissimus: cui æquivalent *very*, *exceeding*, *surpassing*.

Excipiuntur *good*, *better*, *best*; bonus melior, optimus; *bad*, *worse*, *worst*; malus, pejor, pessimus: *little*, *less*, *lest*; parvus, minor, minimus: *much*, *more*, *most*: multum, plus, plurimum.

Formantur quædam ab adverbiis & præpositionibus; ut *late* tardè, *later* tardiùs, *latter* tardior, *last* pro *latest* tardissimus. *Up* supra, *upper* superior, *uppermost* supremus; vel *above*, *over*, *overmost*. *Behind* post, *hinder* posterior, *hindermost* postremus, *before* præ, *former* prior, *formost* primus, *beneath*

infra, *nether* inferior, *nethermost* infimus. *Oft* sæpè, *oftner* sæpiús, frequentior, *oftnest* frequentissim-è-us. At hæc sunt adverbia vel adjectiva *Well* bene, *good* bonus, *better* meliùs, *best* optimè. *Ill*, *badly*, *naughtily* malè, *worse* pejùs, *worst* pessime. *Before* ante, *formerly* prior priùs, *first formost* prim-ò-us. *Soon* citò, matutinus; *sooner* citiùs, *soonest* citissime. Adverbia item in *ly* comparantur, ut *freely* liberè, *more freely* vel *freelier* liberiùs, *most freely* vel *freeliest* liberrimè.

Præter hujusmodi adjectiva, de quibus locuti fuimus, substantiva adjectivorum naturam sibi assumunt; in quibus item præpositionum vis continetur: ut 1. Possessiva. 2. Materialia. 3. Adjectiva in compositione sive respectiva.

De Possessivis.

Sect. 2. 1. Possessiva indicant efficientem causam, possessorem vel relationem; quæ per *of* innui possint, hujusmodi formantur, ut pluralis numerus, post substantiva, addendo *s* aliisq; præponuntur
1 substantivis. Si vocabulum sit plurale in *s*, prior *s* supprimatur; ut *the two warriors arms*, id est *the arms of the two*

 war-

warriors, arma duorum bellatorum. Cùm singularis numerus exit in *s*, ambo plerumq; exprimuntur; ut *Thomas's vertues were as many as James's vices*, Thomæ virtutes tot fuerunt quot vitia Jacobi, *the witnesses credit* fides (testis) testium. Quando duplex est relatio vel possessio, si prius substantivum vertitur in possessivum; *s* formativum additur post secundum: ut *the King of Englands dominions*, regna regis Angliæ: quia *the King of England* pro uno quasi vocabulo accipitur. Aliquando ambo vertuntur in possessiva; ut *his brothers wives portion*, vel *the portion of his brothers wife*, vel *the portion of the wife of his brother* portio uxoris ejus fratris.

Hic observandum occurrit, quòd *s* non ponitur pro *his*, ut quidam falsò opinantur, quamvis distinctonis gratiâ cum apostropho notetur, ille tamen ibi pro notâ elisionis non sit habendus; solæcismus enim in gramaticâ est, si quis diceret *the wife his portion*, *for the wives portion* uxoris portio; dicimus *hers* quod nullo modo supponatur esse *her*, *his*, vel *its* pro *it his*; & plurali additur numero, *ours* noster, *yours* vester, *theirs* suus. Possessivum *his* vel

of him vel *belonging to him* suus derivatur ab *he* ille; & *whose* (verè scriptum *who's*) à *who*, quis.

De Adjectivis materialibus.

2. Adjectiva materialia indicant substantiva, quibus præponuntur, ex istâ fieri materiâ, quam significant adjectiva; & aliquando exeunt in (*en*) ut, *earthen cups* luteæ testæ, *hempen* cannabaceus, *flaxen* lineus, *leaden* plumbeus, *wooden* ligneus, *woollen* laneus. Dicimus tantùm *silver* argenteus, *iron* ferreus, *horn* corneus, *paper* carteus, at *brass* vel *brazen* æreus, *gold* vel *golden* aureus; ita *hay mow* strues fænaria, *straw hat* galerus ex straminibus plexus, *hair cloth* pannus pilosus, *woodpile* strues lignorum, &c.

De Adjectivis erspectivis.

3. Substantiva aliis præposita eorum varios respectus innuunt, & sæpe præpositionum supplent locum; quæ adjectiva respectiva denominentur, & cum *Hyphen* sæpissimè junguntur; ut *grass plot* [*a plot of grass*] agellus graminis, *hell torment* [*torment of hell*] gehennæ pœna, *man-slaughter* [*slaughter of man*] homicidium, *sea-fish* [*fish of the sea*] piscis marinus, *shell-fish* [*fish with a shell*] piscis testaceus, *a wine press* [*a press for wine*] torcular, *water-trough* [*trough for water*] aqualiculum, *wea-*

ther-

ther-glaſs [*glaſs to foreſhew the weather*] tuba quæ tempeſtatem præmonſtrat, *ſlaughter-man* [*a man that kills cattle*] cultrarius, ſic *brick kill* fornax lateritia, *moorhen* fulica, *rainbow* iris, *ſheep-fold* ovile; quædam adjectivis annectuntur; ut *ſea-ſick* nauſeoſus, *ſelf-conceited* nimium ſibi placens, *home-bred* domi educatus; quædam verbis; ut *whirlpool* vortex, *woodbind* periclymenum.

Decompoſita; *a penknife-ſheath* ſcalpelli vagina, *a ſilver-watch-caſe* argentea theca horologii, *freſh-water-fiſh* piſcis fluvialis. *De vocibus cum præpoſitionibus vel adverbiis compoſitis Capite 9. de compoſitione loquemur.*

De augmentativis & diminutivis. *Sect.* 3.

Syllabas producendo, ſonum augendo, vel vocem duplicando augetur ſignificatio; ſyllabas producendo vel augendo, diminuitur. Augmentativa ſunt *great* permagnus, *huge* valde ingens, *monſtrous* valde prodigioſum, *ſoop* affatim ſorbeo, à *ſup* ſorbeo, *ſpout* quaſi plenis buccis evomo, à *ſpit* ſpuo; *baby* infantulus à *babe* infans, *booby* βέπαις; *an old old man* multâ ætate provectus.

Dimi-

Diminutiva sunt *cat* catus, *kitling* catulus; *case* capsa, *casket* capsula; *cock* gallus, *cockrel* galliculus; *goose* anser, *gosling* anserculus; *hill* mons, *hillock* monticulus; *lamb* agnus, *lamkin* agnellus, *part* pars, *parcel* particula; *pike* lucius piscis, *pickrel* luciolus; *pipe* dolium, *pipkin* (quasi doliolum) exiguum vas fictile culinarium; *poke* vel *pouch* saccus, *pocket* sacculus, *sup* sorbeo, *sip* sorbillo, *sippet* offula adipata. Sic *Hawkin* quasi *Halkin* Henriculus, *Thomkin* Thomulus, *Wilkin* Willielmulus. Cum plurimis aliis, quæ diversis distinguuntur vocibus; ut *house* domus, *cottage* casa, *eat* edo, *devour* devoro.

C A P. IV.

De Verbis eorumq; accidentibus.

Sect 1. VErbis attinent 1. Modi. 2. Tempora. 3. Numeri. 4. Personæ. Modi exprimuntur per particulas, quæ denotant potestatem, libertatem, resolutionem, & necessitatem. Tempora vel per signa, vel per terminationes.

nes. Numeri & perſonæ innuuntur in caſu nominativo.

Incipiendum primò à verbo ſum *am*; hoc enim cum adjectivo paſſivo invariabili, format omnes modos & tempora totius paſſivæ vocis; ubi ſignum modale addendum eſt poſt perſonam (niſi ſit interrogatio) & ante copulam, vel ſignum *have*; nam ponitur tantùm ante *bee* & *have been*, non ante *am*, *was*, *were*, *had been*, *ſhall* aut *will*; ut *I may*, *can*, *muſt be* ſim, *thou mayeſt*, &c. & *I might*, *could*, *ſhould*, *would*, *have been*, vel *bee*.

1.	2.	3.	1.	2.		
Sum	es	eſt.	Sumus	eſtis	ſunt	
I am	*thou art*	*he is*	*we are*	*ye are*	*they are.*	*Præſens*
vel	*you are*					
I bee	*thou beeſt*	*he bee*	*we bee*	*ye bee*	*they bee.*	
	you bee					
Eram	eras	erat	Eramus	eratis	erant.	
I was	*thou waſt*	*he was*	*We was*	*ye was*	*they was*	*Imper.*
vel	*you was*					
I were	*thou wert*	*he were*	*we were*	*ye were*	*they were*	
	you were					

Fui	fuiſti	fuit.	
I have been	*thou haſt been* / *you have been*	*he hath been.*	
Fuimus	fuiſtis	fueruut.	*Præteri.*
We have been	*ye have been*	*they have been.*	

Fueram

Præterp.	Fueram	fueras,	fuerat.
	I had been	*thou hadst been* / *you had been*	*he had been*
	Fueramus	fueratis	fuerant.
	We had been	*ye had been*	*they had been*
Futurum	Ero	eris	erit
	I shall be	*thou shalt be* / *you shall be*	*he shall be.*
	Erimus	eritis	erunt.
	We shall be	*ye shall be*	*they shall be.*
vel	*I will be*	*thou wilt be* / *you will be*	*he will be*
	We will be	*ye will be*	*they will be.*

I be, *you be*, *he be* non usurpantur nisi in modo secundario, nempe post adverbia, conjunctiones, vel signa modalia. *I were*, *you were*, *he were*, tantùm post adverbia & conjunctiones; ut *if I be* si sim &c. *I may be*, *if I were* si essem &c.

1. Quando aliquid de alio affirmatur vel negatur, vel quæritur an ita sit, necnè; est modus indicativus, & exprimitur per simplicem unionem subjecti & prædicati, vel casum nominativum & verbum.

Sect. 2. De *modis primariis.*

2. Ubi mandatum est inferiori, persuasio æquali vel petitio superiori, modus vocatur imperativus; qui exprimitur locando nominativum casum post verbum

verbum aut copulam; ut *præpare thou* præp'ato tu, *be thou prepared*, præparator tu: aliquando per ſignum *let*, (in primis & tertiis perſonis) quod innuit conceſſionem vel mandatum; ut *let a man examin himſelf*, exploret quiſque ſeipſum; primamq; anglicè habet perſonam ſingularem; ut *let me bear the whole matter*, ſine ut totum audiam.

3. Modi vocantur ſubjunctivi & optativi, quia conjunctiones & adverbia eis præponuntur, aliter autem apud nos iidem ſunt cum indicativo.

4. Potentialis præpoſita habet hæc ſigna. *Sect. 3. de modis ſecundariis.*

1. *Can* denotat abſolutam poteſtatem in cauſâ.

2. *Could* conditionalem.

3. *May* abſolutam libertatem ab omnibus impedimentis.

4. *Might* conditionalem.

5. *Will* abſolutam inclinationem vel propoſitum voluntatis.

6. *Would* conditionalem.

7 *Shall must ought* abſolutam neceſſitatem.

8. *Should, muſt if, ought-if* conditionalem.

1. *Can,*

1. *Can*, *may*, *must* sunt absoluta, & præcipuè denotant tempus præsens. Quando *hereafter* posthâc, *by and by* statim, *to morrow* cras, vel similia adduntur; futurum: nunquam vero præteritum; quia denotant absolutam & inhærentem potestatem, libertatem & necessitatem; ut *I can*, *may*, *must be prepared* præparer; *you can*, *may*, *must be prepared hereafter*, præparatus fueris; non autem dicimus. *I*, vel *he*, *&c. may*, *can*, *must have been prepared*.

2. *Could*, *might*, *would*, *should* & *ought* (cui semper postponitur *to*, *I ought to be prepared*) conditionalia, præcipuè tempus præteritum declarare inserviunt: Quando *now* nunc, *at this time* jam vel similia adduntur; præsens; cùm *hereafter* posthac, *to morrow* cras futurum: quando nulla vox apponitur quæ tempus definiat, præsens plerumque significant, ni sensus aliter innuit.

3. *Shall*, *will* præcipuè futurum enunciant: cùm autem *have* interseritur post *shall*, denotat futurum prout erit præteritum; si *when* quando, *then* tum vel similia præponuntur, aliquando *shall* omittitur; ut *when I have prepared* id est, *when I shall have prepared* cùm præparavero. Hoc tamen observandum

dum

dum est *ſhall* & *will* non eundem habent ſenſum in omnibus perſonis: Nam

Shall in primis perſonis innuit declarationem, in ſecundis & tertiis, mandatum; ut *I ſhall prepare*, *we ſhall prepare*. *You ſhall prepare*, *ye ſhall prepare*, *he ſhall prepare*, *they ſhall prepare*.

Will in primis perſonis denotat promiſſum, intentionem vel reſolutionem; in ſecundis & tertiis promiſſum, declarationem, vel reſolutionem; ut *I will prepare*, *we will prepare*, *you will prepare*, *ye will prepare*, *he will prepare*, *they will prepare*. Sive declaratio, promiſſum, mandatum vel reſolutio ſignificatur, à ſenſu & loquentis propoſito & emphaſi, apparet.

Shall & *will* non tantùm futurum enunciant tempus, cujus ſunt ſigna; ſed etiam exprimunt mandatum, promiſſum, intentionem, vel reſolutionem; ideoq; inter modalia ſigna enumeravi

Signa modalia, quando dicimus *thou* in ſecundâ perſonâ, habent terminationem *eſt* fini appoſitam; quæ plerumq; contrahitur in *ſt*; & in *ſhall*, *will* in *t*: cùm autem dicimus *you*, eadem manent in omnibus perſonis. Eandemq; ſequuntur regulam *copulæ*, *bee*, *was*,

was, *were*, ſed in præſenti tempore dicimus *am* ſum, *is* eſt. De ſignorum temporum variatione, *do*, *have*, in ſecundis & tertiis perſonis ſingularibus, & *did*, *had* in ſecundis; vel de variatione verborum, quando ſine ſignis temporum ponuntur; inter tempora loquemur.

Signa modalia anglicè verborum limites vel modos magis accuratè diſtinguunt; ſive denotant *poteſtatem* [poſſum poſſibile] *libertatem* [licet] propoſitum vel *inclinationem* [libet volo] *neceſſitatem* [debeo, oportet, neceſſe] quàm verborum terminationes latinè: Nam ſive præpararem ſignificat *I might*, vel *could*, vel *would*, vel *ſhould*; terminatio non certè deſcribit: ſic præparavero non diſtinguit inter *I may*, vel *can*, vel *muſt prepare hereafter*; aut *I ſhall have prepared*; nec præparabo inter *I ſhall*, vel *will prepare*.

Sect. 4. 5. Modus infinitivus plerumq; habet ſignum *to* ſibi præpoſitum; niſi poſt *bid*, *dare*, *help*, *let*, *make*; jubeo, audeo, auxilior, ſino, facio.

1. Hic modus ſemper ponitur activè pro gerundio in *dum* & priori ſupino; ut, veni propter te redimendum *I came to redeem thee*. Spectatum veniunt,

unt; *they come to ſee:* Et paſſivè pro poſteriori ſupino & participio in *dus*, id eſt, *to be* præponitur adjectivo paſſivo; ut, vapulandus eſt, *he is to be beaten*: occidendus eſt, *he is (ready, like, deſign'd) to be killed*: Et pro gerundio in *di*; ut quæ tanta cauſa videndi, *what ſo great cauſe to ſee*, vel ſubſtantivum activum concretum; ut, amor urget habendi, *the love of having preſſes*—Nam antedicta gerundia & ſupina varii tantùm ſunt modi idem exprimendi. Gerundium in *do* ſemper redditur anglicè per ſubſtantivum activum concretum cum præpoſitione, quæ ejus modificationem deſcribat; ut defeſſus ambulando, *weary with walking*.

2. Modus infinitivus indifferenter ſequitur vel verba, vel ſubſtantiva, vel adjectiva; & mutari poteſt in nomen vel modum definitum, quem aliquando exprimere licet per adjectivum & copulam, vel per verbum; ut, *I command you to depart*, Jubeo te diſcedere; *that you depart*, ut diſcedas; *that you be departing*, ut ſis diſcedens, vel eſto diſceſſurus, *To avoid [avoiding] vice is the firſt ſtep to vertue*, vitium fugere [fuga vitii] eſt primus gradus ad virtutem; *he is fit [for] to ſerve you*,

 id

id eſt, *for your ſervice*, ille aptus eſt tibi inſervire, pro tuo ſervitio. Latini * aliquando hoc modo utuntur, ubi nos non utimur; ut gaudeo te bene valere, *I am glad [that] you are in good health*; aliter alius in alium modum mutuo reſolvatur, adeo ut potius convenientiæ gratiâ, quàm neceſſitatis, uſurpari videtur.

* *Nam* to be *utimur tantùm in voce paſſivâ.*

3. Verbis (quæ latinè vocantur impersonalia, quamvis in rerum natura nulla ſunt) quæ ſententiam habent pro nominativo caſu, vel verbum infinitivi modi *it* exegeticè anteponitur; ut *it is profitable to be diligent*, evigilare prodeſt; id eſt *diligence is profitable*: quando nominativus verbo poſtponitur, ipſi anteponitur *there*; *there is no peace to the wicked*, nulla eſt pax improbis. Ut in exemplo priori *it* redundat, ita aliquando *he* vel *ſhe* vel proprium nomen alteri nominativo caſui apponitur.

Sect. 5. *De Temporibus.*

Copulæ *am*, *was*, *been*, *be*, &c. ſigna modalia *can*, *could*, &c. temporumque ſigna *have*, *had*, *ſhall*, *will* tum activæ tum paſſivæ voci præponuntur: *do* *did* tantùm verbo activo.

1. Na

1. Nam vox activa duobus modis exprimitur: vel per adjectivum & copulam; id est, si adjectivum activum in loco passivi ponitur: vel per unum verbum, quod continet adjectivum & copulam: priori modo formatur. *Duobus modis exprimitur vox activa*

I am preparing.	*thou art preparing, he is*, &c.	Præs.
I was preparing.	*thou wast preparing, he* &c.	Imper.
I have been preparing.	*thou hast been preparing*, &c.	Præt.
I had been preparing.	*thou hadst been preparing* &c.	Plup.
I shall vel *will be preparing,*	*thou shalt be pre.* &c.	Fut.

2. Sed hujusmodi adjectiva actum significant tantùm præsentem in actu, non præteritum nec finitum; quamvis enim persona agens dicitur esse vel in præsenti vel præterito, vel futuro tempore, quod denotant copulæ *am*, *was*; vel signa copulis præposita *have been*, *had been*, *shall* vel *will be*: attamen adjectivum *preparing* & hujusmodi semper loquuntur de præsenti; ideoq; hoc modo (quoniam adjectivum, nullum habet præteritum, futurum aut indefinitum tempus) actum absolutum enunciare non possumus. Quandocunq; igitur exprimendus occurrit actus absolutè finitus, fit per unam dictionem, quam emphaticè verbum nuncupamus, quod copulam & actum comprehendit; vel

 cum

cum ſigno, quando magis diſtinctè vel emphaticè loqui vellemus, vel aliter abſq; ſigno; ut

Præſens.	*I prepare.*	*thou prepareſt.*	*he prepareth. we* &c.
	Præparo.	præparas.	præparat.
cum ſigno	*I do prepare.*	*thou doſt prepare.*	*he doth prepare*, &c.
Præter.	*I prepared.*	*thou preparedſt.*	*he prepared*, &c.
	Præparabam	præparabas	præparabat.
cum ſigno	*I did prepare.*	*thou didſt prepare.*	*he did prepare*, &c.
	I ſhall prepare.	*thou ſhalt prepare.*	*he ſhall prepare* &c.
Futurum.	Præparabo,	præparabis.	præparabit.
	I will prepare.	*thou wilt prepare.*	*he will prepare*, &c.

3. Præter hoc tempus præteritum, quod imperfectum vocatur, ut accommodentur tempora latinæ grammaticæ; duo præterea habemus: unum formatur addendo *have* ante ſecundariam terminationem verbi, quod perfectum tempus vocatur; ut *I have prepared* præparavi: alterum præponendo *had*, ut *I had prepared* præparaveram.

4. Vera autem & ſola differentia, ut apparet à ſignorum ſignificatione, noſtræq; linguæ analogiâ; hæc eſt: *do did* emphaticè demonſtrant actum vel ſtatum verbi; *do* præſentem, *did* præteritum; quando *did* apponitur, verbum primariam retinet terminationem; *I did learn* diſcebam & *I learned*

æqui-

æquipollent. Quando *have* ſecundæ terminationi apponitur, per ſe denotat actum jam finitum, vel permanentem ad id uſq; tempus in quo loquimur; ut, *I have prepared* præparavi; id eſt, præparatur à me, *I have ſat here a long while (waited)* hoc loco diu ſedi (expectavi.) *I have dined*, pranſus fui; extendi tamen poteſt ad tempus præteritum, ſi *formerly*, *heretofore*, *in times paſt* olim vel hujuſmodi adjunguntur. Quando loquimur de propoſito vel probabilitate accidentis præterito; apponimus *had*, ut *I had dined*, *learned*, *kept*; pranſus fueram, didiceram, ſervaveram; quæ innuunt, ſi aliquidnon inhibuiſſet: ſin autem *when*, *what*, *why*, *how*; quando, quid, cur, quomodo ante ſignum vel poſt verbum; *then* tum, *not* non vel ſimilia poſt verbum ponuntur, reddunt actum perfectum; *had* diſcernitur à *would have*; quia hoc denotat intentionem vel deſiderium, at illud ſolùm probabilitatem accidentis vel propoſitum.

Si quis accuratè loqui aut ſcribere vellet, hanc differentiam debet obſervare; nam accommodatio temporum anglicè ad grammaticam latinam, in tribus gradibus præteriti, in quibus *did* attribuitur imperfecto, *have* præterperfecto,

fecto, *had* pluſquam perfecto; in obſcuritatem, errorem & loquendi incongruentiam ducit. In duo itaq; dividantur, tempora, præſentia, & in duo itidem præterita. *Do* denotat actum præſentem vel frequenter repetitum ſive habitum: *Have* actum jam finitum : *Did* actum finitum & tempus præteritum : *Had* actum deſtinatum vel probabilitatem accidentis involuntarii præteritum. A ſignificatione igitur unicuiq; propria nomen ſumendum ſit.

	Signa activa.	Sing. 1	2	3	Plur. 1	2	3
Præſens	Indefinitum.	*do*	*doſt*	*doth*	*do*	*do*	*do*
	Finitum.	*have*	*haſt*	*hath*	*have*	*have*	*have*
Præteri.	Abſolutum.	*did*	*didſt*	*did*	*did*	*did*	*did*
	deſtinatum.	*had*	*hadſt*	*had*	*had*	*had*	*had*
Futurum	Declarativum.	*ſhall*	*ſhalt*	*ſhall*	*ſhall*	*ſhall*	*ſhall*
	Promiſſivum.	*will*	*wilt*	*will*	*will*	*will*	*will*

Copula

Copula.

Præſens	Indefinitum vel Finitum.	*am* *be*	*art* *beeſt*	*is* *be*	*are* *be*	*are* *be*	*are* *be*
		have *been*	*haſt* *been*	*hath* *been*	*have* *been*	*have* *been*	*have* *been*
Præteritum	Abſolutum vel Deſtinatum	*was* *were*	*waſt* *wert*	*was* *were*	*was* *were*	*was* *were*	*was* *were*
		had *been*	*hadſt* *been*	*had* *been*	*had* *been*	*had* *been*	*had* *been*
Futurum.	Declarativũ	*ſhall be*	*ſhalt be*	*ſhall be*	*ſhall be*	*ſhall be*	*ſhall be*
	Promiſſivũ	*will be*	*wilt be*	*will be*	*will be*	*will be*	*will be*

Tempus præteritum accuratiſſimè deſcribitur per Chronologiam : Anno mundi. Nativitatis Chriſti. Regni Regis. Domini Henrici Tulſi londinenſis præfectoris. Auguſti quinto die, &c.

5. Præſens tempus apud Anglos triplex eſt. Primum conſtituitur ex copulâ & adjectivo in *ing* ; ut, *I am preparing*, ſum præparans ; quod ſignificat actum præſentem in actu. Secundum fit adjiciendo *have* ante ſecundariam verbi terminationem, & terminus *eſt* prioris, actumq; denotat jam finitum ; ut *I have prepared* [*it is prepared*] præparavi. Tertium comprehendit copulam & adjectivum, quod ſignificat (ſi ita lubet) tempus [aoriſtum]

ſtum] indefinitè præteritum, præſens, & futurum; ut *the brewer brews* Cerviſiarius pandoxatur. *The baker bakes* Piſtor pinſit. *Angels miniſter* angeli miniſtrant. *God lives* Deus vivit. Hoc adjectivum ellipticè poſitum habet ſignificationem futuri in *rus*; ut, profecturus erat, *he was going*; quod indigitat intentionem vel præparationem, ubi interſerenda eſſe debet præpoſitio *about* circa, ante ſubſtantivum verbale in *ing*; ut, *he is about buying an eſtate* empturus eſt poſſeſſionem (ubi obſervandum occurrit; quòd hujuſmodi nomina, quando ſunt tranſitiva, admittunt poſt ſe dictionem, quæ tranſitionis eſt terminus, vel cum, vel abſq; præpoſitione *of* ita dicimus, *he is buying of an eſtate*) quod item exprimitur per *about* adjectivè ſumptum & modum infinitivum, *he is about* [*ready* paratus, *deſigned* determinatus] *to go*; vel *preparing that he may go.*

6 Signa modorum & temporum & copula (præter *am is art*) in ſecunda perſonâ ſingulari habent terminationem *eſt* fini appoſitam (quando dicimus *thou*, non autem quando dicimus *you*) quæ, quando euphonia poſtulat, contrahitur in *ſt* vel *t*; ut, *mayſt*, *canſt*

canſt, *mightſt*, *wouldeſt*, *ſhouldeſt*, *couldeſt*, *oughteſt*. *Doſt*, *hath*, *didſt*, *hadſt*, *ſhalt*, *wilt*. *Beeſt*, *waſt*. Et, *do*, *have* in tertia perſonâ ſingulari habent *eth* contractum in *th*; vel *s* ut, *doth*, *hath*, vel *does*, *has*. Quando verbum ponitur abſq; ſignis, aſſumit ſibi terminationes; in præſenti vel præterito tempore & in ſecundâ perſonâ *eſt* vel *ſt*; in præſenti & in tertiâ perſonâ *eth th* vel *s*.

7. Signa temporum mutuata ſunt à verbis facio, habeo, *do*, *have*: *do* denotat univerſalem actum; *have* poſſeſſionem indefinitam; ideoq; aliis verbis congruè, pro diſtinctione temporum, applicantur: quæ eodem conjugantur modo, quo verba perfecta; ut, *do*, *doing*, *did* pro *doed*; aliud etiam habent tempus præteritum, quod ſemper format vocem paſſivam, nempe *doen*, quod contra analogiam ſcribitur *done* (ſic *gone*, *known*, pro *go'n*, *know'n*) *Do don* ante ſe admittunt omnia ſigna, ut & alia verba; nempe *do*, *doſt*, *doth*; *did*, *didſt*; *have*, *haſt*, *hath*; *had*, *hadſt*: ut *I do do*, *thou* &c. *I have don*, *thou* &c. *I had don*, *thou* &c. facio, feci, feceram. *Have*, *having*, *had* pro *haved*, ante ſe non admittunt *do*, *did*. Quia ſig-

De verbis auxiliaribus.

ſignificant univerſalem actum: tantùm igitur dicimus *I have* &c. *I have had* &c. *I had had* &c. *Bee, being been* (malè *bin*) denotat exiſtentiam; ante ſe itaq; non admittit *do, did:* ſed *have had. I have been*, &c. *I had been* &c. *Do have, be*, admittunt *ſhall will* cunctaq; ſigna modalia.

Verba regularia duas ſolummodo habent terminationes; primaria format tempus præſens & futurum; ſecundaria præteritum, quod idem eſt cum adjectivo paſſivo invariabili, quodq; totius vocis paſſivæ ſupplet locum. Tantùm igitur, de modo formandi terminationem ſecundariam & de verbis anomalis, reſtat ut loquamur.

Sect. 6. De *Verborum Conjugatione Primâ*

Tempus præteritum deducitur à præſenti annectendo *ed*; ut, *prepare, preparing, prepared*; præparo, præparans præparatus: in hac conjugatione observandum eſt, quòd *e* frequenter eliditur, & poſt literas *s, ſh, ch, x*; *f, k, p*: pro *d* (quæ difficulter poſt illas ſonatur) ſcribimus *t* notatum cum apoſtropho, qui aliquando omittitur; *gird* cingo, *girded, girt* cinctus: *expr*

e

exprimo, *expreſſed expreſt* expreſſus: *mark* noto, *marked mark't* notatus: *paſs* præterco, *paſſed paſt* præteritus: poſt *b,d,g,t,v,w*, *z*, & *s* inſtar *z* pronunciatum,& *th* inſtar *dh* retinetur *d*: ſic *dawb* lino, *dawb'd* linitus; *dread* formido, *dreaded* formidatus; *bang* fuſtigo, *bang'd* fuſtigatus; *quit* abſolvo, *quitted* abſolutus; *ſave* ſervo, *ſav'd* ſervatus; *gnaw* rodo, *gnaw'd* roſus; *glaze* invitreo, *glaz'd* invitreatus; *amuse* territo, *amus'd* territus; *cloath* veſtio, *cloath'd* veſtitus.

In quibuſdam vocalis longa mutatur in brevem; ut, *bereav* orbo, *bereft* orbatus, *cleav* findo, *cleft* fiſſus; *creep* ſerpo, *crept* ſerpſi, *déal* diſtribuo, *dealt* diſtributus; *dréam* ſomnio, *dreamt* ſomniavi; *feel* attrecto, *felt* attrectatus, *flee* fugio, *fled* fugi *flew*, [*flown*;] *keep* cuſtodio, *kept*; *léap* ſalto, *leapt*; *leav* linquo, *left*; *réap*, meto, *reapt*, *ſleep* dormio, *ſlept*; *ſweep* verro, *ſwept*; *weep* ploro, *wept*; *reach* porrigo, *reached* vel *reacht*. Pro *bereaved* &c. Quibus adjungantur *lend* mutuò do, *lent*; *ſend* mitto, *ſent*; *rend* lacero, *rent*; ſcribitur item *rent-ing*: *ſpend* conſumo, *ſpent*; *bend* flecto; *bended*, *bent*; *mend* reficio ſemper *mended*; at

at *méan* intendo ſemper *meant*; *make* facio, *made* pro *maked.*

2. In quibuſdam exeuntibus in *d*, *t*; litera finalis retinetur, & tantùm vocalis longa mutatur in brevem; ut, *bleed* ſanguino, *bled*; *breed* genero, educo, *bred*; *feed* paſco, *fed*; *béat* calefacio, *beat*, [*beated*;] *hold* teneo, *held*, [*holden*;] *lead* duco, *led*; *meet* occurro, *met*; *réad* lego, *read*; *ſhoot* jaculor, *ſhot*; *ſtand* ſto, *ſtood*; *ſwéat* ſudo, *ſweat*, [*ſweated.*]

3. Quædam ſunt invariabilia: Scilicet *caſt* jacio, *coſt* conſto, *burſt* rumpo, *hit* ferio, *hurt* lædo, *ſhed* ſpargo, *ſhred* diſſeco, *ſpred* pando, *béat* verbero *béat* per omnia, *beaten*: quæ ponuntur loco *caſted* &c.

4. Nonnulla; quæ exeunt in *ed*, alteram habent terminationem magis uſitatam; ut *beſeech-ed* oro, *beſought*, *catch-'t* prehendo, *caught*; *hang-'d* pendeo, *hung*; *ſhine-'d* ſplendeo, *ſhon*; *ſting-ed* pungo, *ſtung*, [*ſtang*;] *ſpin-ed* neo, *ſpun*, [*ſpan*;] *ſhrink-ed* contraho, *ſhrunk*, [*ſhrank*;] *ſtick* hæreo, *ſtuck*; *ſwing-ed* libro, *ſwung*, [*ſwang*;] *teach-ed* doceo, *taught*; *win-ed* lucror, *wun*, [*wan*;] *wring-ed* obtorqueo, *wrung*, [*wrang*;] *work-'t*, operor, *wrought*. *Stang*, *ſpan*, *ſhrank*, *ſwang*,

ſwang, *wan*, *wrang* præteritum ſine ſignis denotant, at melius forſitan prorſus relegentur.

De Conjugatione Secundâ.

Secunda conjugatio exit in *en*, quorum nonnulla ſunt anamola & redundantia: in quibuſdam alium præteritum ex alio deducitur, in aliis à præſenti addendo *en*; ut *bee*, ſum,] *been*; *bear* pario, fero; *born* (cum o linguali) natus; (cum *oo*) latus: *beget* gigno, *begot-ten* [*begat* ;] *bid* jubeo, *bid-en*, [*bade*,] *bind* ligo, *bound-en* ; *chuse* deligo, *chose-n*; *cleav* findo, *clove-n*, [*clave*;] *chide* abjurgo, *chid-en*, *chode*; *drive* pello, *driven*; [*drov-n*, *drave* ;] *eat* edo, *eaten*, *ate* ; *drink* poto, *drunken*, *drank*; *fly* fugio, *flown*, *flew*; *forſake-n* deſero, *forſook* ; *get* adipiſcor, *got-ten*, *gat*; *giv* do, *given*, *gave*; *hide* abſcondo, *hidden*; *ly* jaceo, *lyen*; *overflow* inundo, *over-flow* atq; *flow* emano tantùm *flowed*; *ride* equito, *rid-den*, *rode*; *riſe* vel *ariſe* ſurgo, *ris-en*, *roſe*; *ſee-n* video, *ſaw*; *ſit-en* ſedeo, *ſat*; *ſhake-n* quatio, *ſhook*; *ſlay-n* interficio, *ſlew*; *ſlide* labor, *ſlid-en*; *ſmite* percutio *ſmit-en*, *ſmote*; *ſpeak* loquor, *ſpoke-n*, *ſpake*; *ſeethe* coquo,

quo, *ſod-en*; *ſnow-n* ningo, *ſnew*; *ſtride* varico, *ſtridden*; *ſtrive* litigo, *ſtriven*, *ſtrove*, *ſtrave*; *take-n* capio, *took*; *tear* lacero, *tore*, *torn*; *tread* calco, *trod-en*; *wear* tero, *wore*, *worn*; *weav* texo, *wov-en*; *go-'n* proficiſcor, *went*; *wake-d* ex-pergiſcor, *awoke* neutrum, unde *waken* expergefacio, *wakened*.

Quæ terminantur in *en* uſurpantur pro adjectivis paſſivis, & pro temporibus; ſive præſenti cum *have*, vel præterito cum *had*. Alia præterita (quæ à præteritis in *en* apocopata eſſe videntur) ponuntur cum ſignis vel abſq; & pro adjectivis paſſivis; præter iſta, in quibus *a* conſtituit ſyllabam & in *ew*; quæ omnia, item ſequentia; abſq; ſignis ſolùm habentur pro tempore præterito: Exempli gratiâ, *bid* jubeo eſt primaria terminatio, *bid* ponitur etiam pro ſecundariâ apocopatâ, quod demonſtrat hyphen; majoremq; habet latitudinem quàm ipſa ſecundaria, *I bid* abſq; ſigno jubebam, [*I did bid*] *I have bid* juſſi, *I had bid* juſſeram, *I am bid* jubeor, juſſus ſum: ita de cæteris præter *chode*, *clove*, *rode*, *roſe*, *ſpoke*, *ſtrove*, *tore*, *wore*, *wov*, quæ adjectivorum naturam non aſſumunt.

2. Quæ-

2. Quædam exeunt in *ed* & *en*; ut *hew* aſcio, *hew'd*, *hew'n*; *mow* falco, *mow'd*, *mown*; *lade*, [*lode*;] onero, *laded*, [*loaded*;] *laden*, [*loaden*;] *ſhear* tondeo, *ſhear'd*, *ſhorn*, *ſhore*; *ſhew*, [*ſhow*;] monſtro, *ſhew'd*, [*ſhow'd*;] *ſhew'n*, [*ſhown*;] *blow* flo, *blow'd*, *blown*, *blew*; *draw* haurio, *draw'd*, *drawn*, *drew*; *crow* canto, *crow'd*, *crown*, *crew*; *grow* creſco, *grow'd*, *grow'n*; *throw* jacio, *throw'd*, *throw'n*, *threw*; *rot* putreo, *rotted*, *rotten*; at *know* noſco, *know'n*, *knew*.

3. Excipiuntur *begin* incipio, *begun*, *began*; *com* venio per omnia, *came*; *fling* jacio, *flung*; *find* invenio, *found*; *grind* molo, *ground*; *ring* pulſo Act. tinnio Neut. *rung*, *rang*; *ſling* fundâ peto, *ſlung*, *ſlang*; *ſtink* fœteo, *ſtunk*, *ſtank*; *ſtrike* percutio, *ſtruck* [malè *ſtroke*;] *ſpring* germino, *ſprung*, *ſprang*; *ſwim* no, *ſwum* *ſwam*; *wind* contorqueo, *wound*; *wring* torqueo, *wrung*, *wrang*; *fight* pugno, *fought*; *buy* emo, *bought*.

Ex his quædam præterita variis formari modis videre licet, at anamola plura non ſunt; (plurima enim exeunt in *ed*, quædam in *en*,) Nam brevi recitantur ſpatio, nec tantum habent difficultatis, quin facilè addiſcantur; neq; tantum varietatis quin doctiſſimi cujuſcunq; regionis ut plurimùm, in eâdem ſcribendi analogiâ concordant; quæq; pri-

quo, *ſod-en*; *ſnow-n* ningo, *ſnew*; *ſtride* varico, *ſtridden*; *ſtrive* litigo, *ſtriven*, *ſtrove*, *ſtrave*; *take-n* capio, *took*; *tear* lacero, *tore*, *torn*; *tread* calco, *trod-en*; *wear* tero, *wore*, *worn*; *weav* texo, *wov-en*; *go-'n* proficiſcor, *went*; ~~*wake-d*~~ expergiſcor, *awoke* neutrum, unde *waken* expergefacio, *wakened*.

Quæ terminantur in *en* uſurpantur pro adjectivis paſſivis, & pro temporibus; ſive præſenti cum *have*, vel præterito cum *had*. Alia præterita (quæ à præteritis in *en* apocopata eſſe videntur) ponuntur cum ſignis vel abſq; & pro adjectivis paſſivis; præter iſta, in quibus *a* conſtituit ſyllabam & in *ew*; quæ omnia, item ſequentia; abſq; ſignis ſolùm habentur pro tempore præterito: Exempli gratià, *bid* jubeo eſt primaria terminatio, *bid* ponitur etiam pro ſecundariâ apocopatâ, quod demonſtrat hyphen; majoremq; habet latitudinem quàm ipſa ſecundaria, *I bid* abſq; ſigno jubebam, [*I did bid*] *I have bid* juſſi, *I had bid* juſſeram, *I am bid* jubeor, juſſus ſum: ita de cæteris præter *chode*, *clove*, *rode*, *roſe*, *ſpoke*, *ſtrove*, *tore*, *wore*, *wov*, quæ adjectivorum naturam non aſſumunt.

2. Quæ-

2. Quædam exeunt in *ed* & *en*; ut *hew* aſcio, *hew'd*, *hew'n*; *mow* falco, *mow'd*, *mown*; *lade*, [*lode*;] onero, *laded*, [*loaded*;] *laden*, [*loaden*;] *ſhear* tondeo, *ſhear'd*, *ſhorn*, *ſhore*; *ſhew*, [*ſhow*;] monſtro, *ſhew'd*, [*ſhow'd*;] *ſhew'n*, [*ſhown*;] *blow* flo, *blow'd*, *blown*, *blew*; *draw* haurio, *draw'd*, *drawn*, *drew*; *crow* canto, *crow'd*, *crown*, *crew*; *grow* creſco, *grow'd*, *grow'n*; *throw* jacio, *throw'd*, *throw'n*, *threw*; *rot* putreo, *rotted*, *rotten*; at *know* noſco, *know'n*, *knew*.

3. Excipiuntur *begin* incipio, *begun*, *began*; *com* venio per omnia, *came*; *fling* jacio, *flung*; *find* invenio, *found*; *grind* molo, *ground*; *ring* pulſo Act. tinnio Neut. *rung*, *rang*; *ſling* fundâ peto, *ſlung*, *ſlang*; *ſtink* fœteo, *ſtunk*, *ſtank*; *ſtrike* percutio, *ſtruck* [malè *ſtroke*;] *ſpring* germino, *ſprung*, *ſprang*; *ſwim* no, *ſwum ſwam*; *wind* contorqueo, *wound*; *wring* torqueo, *wrung*, *wrang*; *fight* pugno, *fought*; *buy* emo, *bought*.

Ex his quædam præterita variis formari modis videre licet, at anamola plura non ſunt; (plurima enim exeunt in *ed*, quædam in *en*,) Nam brevi recitantur ſpatio, nec tantum habent difficultatis, quin facilè addiſcantur; neq; tantum varietatis quin doctiſſimi cujuſcunq; regionis ut plurimùm, in eâdem ſcribendi analogiâ concordant; quæq; pri-

quæq; primùm ob euphoniam vel nimis frequentem ejusdem soni concursum evitandum instituta essent.

Sect. 7. Neutrorum duo sunt genera : Nonnulla, quæ à grammaticis vocantur neutra, sunt tantùm activa absoluta; quæ actionem & passionem in eodem subjecto denotant ; adeo ut intransitiva sint, necessariò sequitur, dici tamen possit *I make my self go*, me ipsum ire cogo ; & hujusmodi, quæ grammatici vocant accusativum cognatæ significationis, & ad illa extendunt exempla, quæ aliter explicari debent, ut curro stadium *I run a race* ; iter facio *I go a journey* ; *I go home* domum adeo : id est, *in a journey*, *in a race*, *to home* ; Nam *go*, *run* non transeunt actum in *journey*, *race*, *home*, hæc enim tantùm demonstrant circumstantias eundi currendi : ita longam sum iturus viam, *I am about to go a long way*, id est, *to the end of a long way* vel *far* , ad finem longæ viæ, longè.

Activa absoluta actum transire possunt in aliud subjectum à se distinctum, & ita fiant transitiva ; ut *walk my horse*, id est, *make my horse walk* fac equum meum ambulare, *spit*, *bespit*, *spue*, *bespue* spuo conspuo.

Absoluta.

Abſoluta.	Activa.	Paſſiva.	Neutra.
I ſit down	*I ſet down* ſedere facio.	*I am ſet down* ſedere fio.	*I ſit ſtill.* ſedeo.
I ly down	*I lay down* depono	*I am laid down* jaceor	*I ly ſtill.* decumbo,
he hangs himſelf pendit ſeipſum	*he hangs up* pendere facit	*he is hung* penditur	*he hangs.* pendet.

Quæ propriè ſunt neutra, id eſt, quæ neq; actionem nec paſſionem reſpiciunt, ut & alia paſſiva, per adjectiva paſſiva & copulam exprimuntur; ita neutra anglicè per adjectiva neutra & copulam; ut, *I am ſick* ægroto, ; *I am glad*, gaudeo ; *I am pale*, palleo : eorum activa ſunt, *it makes me ſick* me ægrotare facit ; *he rejoyces my heart*, vel *makes glad* cor meum gaudere facit ; *it makes me pale* me pallidum facit ; *he is quick* viget [vegetus eſt] *he quickens* [*makes quick*] animat. Inceptiva ſunt, *he ſickens* , ægrotare incipit ; *he begins to rejoyce* gaudere incipit ; *he waxes pale* palleſcit ; *he begins to quicken* animare incipit : Neutra tam latè patere debent quàm activa vel paſſiva ; ubi autem deſunt, uſurpamus adjectiva in *ing*, vel præpoſitionem *in* cum ſubſtantivo neutro ; ut *I am in ſuſpence* hæreo, in dubio ſum. *Com gon* ſunt neutro-paſſiva.

CAP. V.

De Adverbiis.

Sect. 1. ADverbiorum duo ſunt genera: prioris generis adverbia deducuntur ab adjectivis addendo *ly*, quæ ferè totidem ſunt numero, quot ſunt adjectiva neutra; (atq; ſi eorum reſpiciamus uſum & naturam, unumquodq; adjectivum ſuum formaret adverbium.) Hæc verbis & adjectivis adjunguntur, & eandem indigitant qualitatem eis pertinere, quam adjectiva à quibus derivantur, ſignificant; ut, *that was nobly done*, iſtud heroicè factum erat; *that was a noble deed*, id heroicum erat factum. *God's mercy is infinit*, dei miſericordia eſt infinita; *God is infinitely merciful*, Deus eſt infinitè miſericors.

Sect. 2. Adverbia plura poſterioris generis propriè ſunt vel conjunctiones, vel præpoſitiones ſine caſu, vel pro integralibus ponuntur.

Adverbia affirmandi & negandi.

1. *Yea, yes, I* [immo] denotat affirmationem.

2. *No, not, nay* [non] negationem.

3. *Perhaps, peradventure, perchance* [fortè] conjecturam in rebus dubiis & fortuitis, & de utroq; affirmari potest.

4. *Indeed, verily, truly, in truth, surely* [profectò] confidentem asseverationem, quæ veritatem prædicare videtur.

Comparandi. *Sect.* 3.

5. *As, even as, in like manner* [ut] similitudinem.

6. *So, in the same manner, semblably* [sic] isti respondet.

7. *How* [quam] æqualitatem.

8. *So* [tam] isti respondet.

9. *More* [magis] inæqualitatem augmentativam.

10. *Most* [maxime] superlativam omnia superantem.

11. *Less* [minus] inæqualitatem diminutivam.

12 *Lest* [minimè] superlativam.

13. *Rather* [potius] electionem præ aliis.

14. *Than* [quàm] minorem æstimationem, vel renunciationem.

Sect. 4. *Temporis.*

15. *Yet, still, hitherto* [adhuc] durationem comprehendentem tempus præteritum nondum elapsum.

16. *Till, until* [donec] periodum futuram.

17. *At length, at last* [tandem] periodum effluxam.

18. *While, whilst,* [dum] durationem tantùm.

Sect. 5. *Propinquitatis.*

19. *Together* [unà] existentiam plurium in eodem tempore vel loco.

20. *Onely* [tantùm] exclusionem rerum aliarum.

21 *Almost* [ferè] defectum sed minutum.

22. *Scarce* [vix] negationem summæ perfectionis.

23. *Thereabouts* [circiter] vicinitatem vel in loco vel quantitate sed indefinitam

finitam; *Thenabout* circiter iſtud tempus.

24. *Again* [iterum] repetitionem ejuſdem rei, vel additionem cujuſdam novi ad idem propoſitum ſpectantis.

25. *As if* [quaſi] æqualitatem, vim, valorem vel ſimilitudinem.

26. *Un, dis*, privationem, negationem, vel deſtructionem formæ rei.

Plura ſunt alia, quæ pro integralibus ponuntur; ut, adverbia loci: *Here* [*in this place*] hîc. *There* [*in that place*] ibi. *Where* [*in what place*] ubi. *Hither* [*to this place*] huc. *Thither* [*to that place*] illuc. *Whither* [*to what place*] quò. *Hence* [*from this place*] hinc. *Thence* [*from that place*] illinc. *Whence* [*from what place*] unde. *Any where* ubivis, *every where* ubiq; *no where* nullibi; pro *in any place*, &c. *elſewhere* [*in another place*] alibi, *any whither* ad ullum locum, *ſom whither* ad aliquem locum, *no whither* ad nullum locum, &c. dicimus, *from thence*, *from whence*. Sect. 6.

Adverbia numeri, *Oft*, *often*, ſignificant plura, ideoq; ſibi poſtponantur *times*, plerumque tamen omittitur; *how oft* [*how many times*] quoties. *So* Sect. 7.

oft toties ; *very oft* frequentiſſimè. *Once* ſemel, *twice* bis , *thrice* ter ; pro *one time*, &c. At dicimus *four times* quater, &c. *rarely*, *ſeldom* raro, *alwaies* ſemper.

Sect. 8. Temporis: *now* [*at this time*] nunc. *Then* [*at that time*] tunc. *When* [*at what time*] quando. *Ever* [*at all times*] ſemper. *Never* [*at no time*] nunquam. *To day* [*on this day*] hodie. *Yeſterday* [*on the day foregoing*] heſterno die. *Heretofore*, *already* [*in times paſt*] olim. *Long great while ago* [*a long time paſt*] jamdiu. *Since* [*before or after this time*] ex quo, paulo ante. *Hereafter* [*in time to come*] poſthac.

Sect. 9. Ordinis *Firſt*, *ſecondly*, *thirdly*, *fourthly*, &c. primò, ſecundò, tertiò, quartò, *Next* proximè. *Afterwards* deinde. *Ab one* 1. *two* 2. *three* 3. *four* 4. *five* 5. *ſix* 6. *ſeven* 7. *eight* 8. *nine* 9. *ten*. 10. *eleven* 11. *twelve* 12 *thirteen* 13. *fourteen* 14. *fifteen* 15 *ſixteen* 16. *ſeventeen* 17. *eighteen* 18. *nineteen* 19. *twenty* 20. *In the firſt place*, *ſecond place*, primo loco, ſecundo loco, &c.

CAP.

CAP. VI.

De Conjunctionibus.

COnjunctio ſententias jungit; vel dictiones, quæ ſententiarum ſupplent locum. E quibus nonnullæ ſunt *Sect.* 1.

Cauſales.

1. *That, to the end that* [ut] indigitat propoſitum præcedentis actionis.

2. *Leaſt, leſt that* [ne] conjunctioni priori eſt negativa.

3. *For* [nam] reddit rationem cujuſdam prædicti.

4. *Becauſe* [quia] reddit rationem alicujus rei quæ indifferenter ante vel pòſt dici poteſt.

5. *Why, wherefore, for what cauſe* [cur] quærit rationem ejus rei, quæ ſequitur.

6. *Therefore, for that cauſe, reaſon* [ergo] deducit conſequentiam à præmiſſis: demonſtrat id quod ſequitur.

Sect. 2. *Maximè simplicia quæ denotant.*

7. *Whether yea* [an] interrogationem affirmantem.

8. *Whether no* [nonne] negantem.

9. *And, both*[&]conjunctio affirmans.

10. *Neither, nor* [nec] negans.

11. *If* [si] conditionalis affirmans.

12. *Unless* [nisi] negans.

13. *Indeed* [equidem] significat approbationem.

14. *But* [sed] differentiam & restrictionem.

15. *Altho* [etsi] concessionem.

16. *Yet* [tamen] exceptionem.

17. *Whether* [sive] disjunctionem indefinitam.

18. *Either, or,* [vel] disjunctionem definitam. (*Or*) explanationem.

19. *Whereas, since, seeing that, sith that* [quum] declarationem rationis ejus rei, de quâ postea dicetur.

20 *Here-there where upon* [exinde] declarationem consequentiæ ab antedicto deductæ.

21. *Likewise, again, mereover, also, together with* [etiam] additionem & transitionem sermonis continuati.

22. *And*

22 *And so forth* [& cætera, &c.] supplementum ejus, quod præterea dici possit.

23. *To wit* [videlicet viz.] expositionem per synonyma.

24. *For example, as* [exempli gratiâ, ex. gr. ut] expositionem per instantiam vel exemplum.

CAP. VII.

De Interjectionibus.

INterjectio est inartificiale signum internarum apprehensionum mentis & passionum, quod exprimitur per sonum imperfectum & vocem inconditam, quodq; supplet locum sententiæ; quarum plurimæ brutis sunt communes: & sicut passiones hominum varias nationes habitantium, ita etiam earum signa, plurimùm concordant. *Sect.* 1.

1. *Oh*, *Soho* interjectio vocandi vel exclamandi. 2. *St hush* postulandi silentium. 3. *Ho*, *oh* excitandi attentionem. 4. *Ha*, *hm* exprimendi attentionem. 5. *Now* insinuandi attentionem. *Sect.* 2.

nem. 6. *VVo* minandi, mæstitiæ. 7. *Ha ha he* lætitiæ. 8. *Ah oh ho* doloris. 9. *Ah, alack, alas* misericordiæ cum amore. 10. *Hau, vauh* odii cum indignatione, 11. *O, O tha* desiderii. 12. *Phy* aversandi. 13 *Heigh* admirationis. 14. *Hem, hm, hy* dubitandi; considerandi. 15. *Pish, shu, tysh* aspernandi. 16. Uu, *uh* doloris misericordiæ.

Prout passiones variæ sunt & indefinitæ, ita earum sunt signa; at hæc sunt præcipua & maxime usitata.

Sect. 3. Ut conceptio sermonis magis sit clara & distincta, (quod plurimùm à cognitione particularum dependet) observandum est; quòd plurimæ particulæ (ut & aliæ dictiones in omnibus linguis) sunt homonymæ; id est eadem vox plures habet significationes, quæ ad diversas orationis partes pertinent; ut *For* 1. significat causam finalem [ob pro propter] *Capite secundo Sect. quinta numero octavo.* 2. Substitutionem [pro] *ib. numero decimo.* 3. Auxilium & concordantiam [pro] *ib. numero undecimo.* 4. Ratiocinationem *Capite sexto Sectione secunda numero tertio.* Ita *since* [quum] *Capite sexto Sectione secunda numero tertio decimo.* E [ab hinc] *Cap. quinto Sect. octava.* Sic *yet* adhuc; tamen. *Now* adverbium temporis : interjectio insinuandi attentionem.

Synonymorum plurima, at non omnia adjunxi: ista enim a dictionario, sensu

ſenſu, & communi obſervatione addiſcenda ſunt, ut *almoſt*, *even*, *towards*, *well nigh*, *within a little of*, ferè. *VVhy*, *for what cauſe*, *for what reaſon*, *to what end*; cur. *Yet*, *however*, *notwithſtanding* tamen; & ſimilia.

C A P. VIII.

De Syntaxi.

Sect. 1.

SYntaxis *linguæ Anglicanæ*, ferè ſemper à *præpoſitionibus* dependet; (Nam terminationum ſive caſuum variationes in pronominibus & verbis pauciſſimi ſunt, quos in ſuis locis jam recenſuimus.) Et à tribus regulis ſequentibus: quæ ômnium linguarum conſtituunt fundamentum, nempe.

1. Subſtantivum, de quo aliquid affirmatur aut negatur, ad verbum ſive copulam refertur; quod denotat eſſentiam vel actionem vel paſſionem: Et hoc à *grammaticis* nuncupatur caſus nominativus, à *logicis* ſubjectum. Ubi non datur affirmatio aut negatio; ut *Ariſtotles works* Ariſtotelis opera: *Cicero*

Verbum perſonale cohæret cum nominativo.

cero a most eloquent man, Cicero homo eloquentiſſimus, ponitur abſolutè, vel per appoſitionem.

Verba ſubſtantiva, &c. 2. Id, quod affirmat aut negat, vocatur prædicatum ; quod ſi duobus verbis exprimitur, ſubſtantivum vel adjectivum ſubſequens copulam in regimine, à gramaticis vocatur caſus nominativus, qui vel concordat cum ſubjecto ſive caſu nominativo præcedenti, vel ei apponitur per appoſitionem ; ut *a man is rational*, homo eſt rationalis ; *vertue is the only nobility* nobilitas ſola eſt atq; unica virtus. Eodem modo quædam activa abſoluta & paſſiva poſt ſe nominativum habeant, ut Johannes incedit erectus, Thomas habetur traditor.

Verba tranſitiva. 3. Si verbum ſit tranſitivum (ſive exprimitur per verbum activum ſive per copulam & adjectivum activum) ſubſtantivum quod actionem recipit, dependet à verbo (vel adjectivò,) & nuncupatur caſus accuſativus, ut, *he writes* [*he is writing*] *a grammar* ſcribit [*ſcribens eſt*] grammaticam. Verba Neutra latinè ; activa abſoluta, & paſſiva anglicè ſicut in omnibus linguis, actum in aliud tranſire non poſſunt ; quandocunq; igitur dictio ſubſequens videtur

videtur esse casus accusativus, à præpositione necessariò dependet, si sermo proprius sit & nulla dictio per eclipsim subaudiatur.

Præpositiones frequentissimè exprimuntur. Sect. 2.

1. Excipe *to*, quæ, post *give* do, *pay* solvo, *yield* dedo præbeo, *owe* debeo & similia, aliquando omittitur; ut, *I give him a book* do illi librum: Ubi persona præponitur rei, sin autem fiat supplementum; dicimus *I give a book to him.*

2. Excipe phrases quasdam peculiares. *A building fifty foot high*, id est, *to the measure of fifty foot*; ædificium 50 pedes altum, ad mensuram 50 pedum. A *tree five foot diameter*, *that hath the length of five foot in diameter* arbor 5 pedes in diametro; quæ habet longitudinem 5 pedum. *He went* 20 *miles*, *to the end of* 20 *miles*; proficiscebatur 20 miliaria; ad finem 20 miliarium. *He goes home*, *to his home* proficiscitur [ad] domum. *He is eighty years old*, [*of age*] *he hath lived to eighty years* annos ad 80 natus. *He is endebted twenty crowns*, *to the value of twenty Crowns* debet 20 coronas. Et hujusmodi

modi improprias & ellipticas ſententias, quæ, ut melius intelligi poſſint in ſyntaxim propriam mutari debent.

Sect. 3. Id, quod amplius hîc dicendum reſtat, ad ordinem verborum pertinet, in quo, nativus ordo, ſive grammaticus minimè perturbatur.

Sententia perfecta ex caſu nominativo & verbo conſtituitur, atq; ſi verbum ſit tranſitivum, item ex accuſativo ejus in quod tranſit actio verbi; ſin autem ſit neutrum aut paſſivum, ex alio caſu nominativo ejus quod reſpicit caſum verbo præcedentem. Quæ ſunt partes ſententiæ principales, & variis augeantur dependentibus; nempe concordantiâ, appoſitione, ſubſtantivo cum præpoſitionibus, modo infinitivo, ſubſtantivo abſolutè poſito, adverbiis, conjunctionibus, vel interjectionibus.

Particulariter

1. In principio ſermonis voces excitandi attentionem, & perſona cui alloquimur cum ſuis dependentibus primum locum vendicant. Cum autem inchoatur ſermo, *and* cum cauſali vel illativa conjunctione, ſeu alia particula connexiva,

nexiva,

nexiva, primo loco ponitur. *And therefore thou O ſon of man*, tu itaq; fili hominis.

2. Sequitur caſus nominativus, vel quod ejus ſupplet locum; niſi 1. Ubi *there* demonſtrativè aut expletivè anteponitur verbo. 2. Ubi fit interrogatio. vel 3. Ubi eſt mandatum aut permiſſio; tum enim nominativus verbo aut ejus ſigno poſtponitur. 4. Nominativus aliquando poſtponitur præſenti tempori vel *had* quod conceſſionem vel ſuppoſitionem innuit ut, *ſpeak I*, [*let me ſpeak* vel *if I ſpeak*] *never ſo often, they will not obey*; quamvis frequentiſſimè illis alloquar, non auſcultabunt. *Had I* [*if I had*] *known, he ſhould not have don it*; ſi ego ſciviſſem, ipſe non feciſſet.

3. Verbum cum ſuis dependentibus proximè locatur; quando nominativus caſus ſubauditur, ſive indigitatur; verbo anteponitur *it*.

4. Caſus verbi proximè ſequitur, qui, poſt tranſitivum, vocatur accuſativus; poſt neutrum aut paſſivum nominativus, qui ad caſum verbo præcedentem refertur. At *relativa* & *interrogativa*, cum ſuis ſubſtantivis ante nominativum & verbum ponuntur.

De

Sect. 4

De Depedentibus.

1. Adjectivum unum aut plura substantivo apponuntur ; ut, *three very wise grave philosophers*, tres sapientissimi graves philosophi ; quod immediatè substantivum sequi debet ; quia res ipsa prius nuncuparetur, quàm natura ejus vel qualitas innueretur : at plerumq; substantivo præponitur, nisi aliquid addatur, quod ab adjectivo dependet ; ut *a man skil'd in all manner of learning*, homo peritus in omnigenâ literaturâ. Si adjectivum sit activum, aliud post se admittet substantivum ; ut, *The General too confident of his Victory, pursuing his Enemies fell into their ambush.* Imperator nimis fretus obtinendi victoriam insectans [dum insectabatur] inimicos incidit in insidias.

2. Articuli *a*, *an*, *the*, substantivis & adjectivis anteponuntur ; ut, *a learned man* doctus homo : *nisi ubi excipitur Capi. 2. Sect. 1. Para. 2.*

3. Præpositiones immediatè articulis præponuntur, nisi articuli inter substantivum & adjectivum interseruntur ; ut *the happiness of so peaceful a government is not sufficiently valued* tanta fœlicitas

tam

tam mitis imperii non ſatis æſtimatur: vel niſi dependet à præpoſitione, quæ, etſi relativum verbo præponitur, aliquando poſteriorem poſſidet locum; ut, *The man, whom I ſpake of*, vel ellipticè, *the man I ſpake of is dead*; homo de quo locutus fui, mortuus eſt. *The work he was about, is finiſhed*, pro *the work about which he was imployed*; opus, circa quod occupatus erat, confectum eſt.

4. Præpoſitio *of* cum ſuo ſubſtantivo, aliis ſubſtantivis, verbis aut adjectivis poſtponitur.

5. Ita modus infinitivus qui vim habet modi finiti.

6. Adverbia (quæ, poſt verba, ut & adjectiva poſt ſubſtantiva; poni debent) ante ſignum vel verbum vel poſt caſum verbi tranſitivi ponuntur; ut, *he greatly feared, he did greatly fear* vehementer timebat; *he feared him not*, illum non metuebat.

In artificiali ordine præſertim in poeſi, nominativus, verbum, accuſativus, vel ſubſtantivum cum præpoſitione; in principio, medio, aut fine locanda ſint, vel clauſula inter nominativum & verbum interſeratur, ut ſententiæ *Sect. 9.*

Sect. 4

De Depedentibus.

1. Adjectivum unum aut plura substantivo apponuntur; ut, *three very wise grave philosophers*, tres sapientissimi graves philosophi; quod immediatè substantivum sequi debet; quia res ipsa prius nuncuparetur, quàm natura ejus vel qualitas innueretur: at plerumq; substantivo præponitur, nisi aliquid addatur, quod ab adjectivo dependet; ut *a man skil'd in all manner of learning*, homo peritus in omnigenâ literaturâ. Si adjectivum sit activum, aliud post se admittet substantivum; ut, *The General too confident of his Victory, pursuing his Enemies fell into their ambush.* Imperator nimis fretus obtinendi victoriam insectans [dum insectabatur] inimicos incidit in insidias.

2. Articuli *a*, *an*, *the*, substantivis & adjectivis anteponuntur; ut, *a learned man* doctus homo: *nisi ubi excipitur Capi.* 2. *Sect.* 1. *Para.* 2.

3. Præpositiones immediatè articulis præponuntur, nisi articuli inter substantivum & adjectivum interseruntur; ut *the happiness of so peaceful a government is not sufficiently valued* tanta fœlicitas tam

tam mitis imperii non ſatis æſtimatur: vel niſi dependet à præpoſitione, quæ, etſi relativum verbo præponitur, aliquando poſteriorem poſſidet locum; ut, *The man, whom I ſpake of*, vel ellipticè, *the man I ſpake of is dead*; homo de quo locutus fui, mortuus eſt. *The work he was about, is finiſhed*, pro *the work about which he was imployed*; opus, circa quod occupatus erat, confectum eſt.

4. Præpoſitio *of* cum ſuo ſubſtantivo, aliis ſubſtantivis, verbis aut adjectivis poſtponitur.

5. Ita modus infinitivus qui vim habet modi finiti.

6. Adverbia (quæ, poſt verba, ut & adjectiva poſt ſubſtantiva; poni debent) ante ſignum vel verbum vel poſt caſum verbi tranſitivi ponuntur; ut, *he greatly feared, he did greatly fear* vehementer timebat; *he feared him not*, illum non metuebat.

In artificiali ordine præſertim in poeſi, nominativus, verbum, accuſativus, vel ſubſtantivum cum præpoſitione; in principio, medio, aut fine locanda ſint, vel clauſula inter nominativum & verbum interſeratur, ut ſententiæ *Sect. 9.*

conclusio reddatur, magis *euphonica* at *inaffectata*; ut nimis frequens consonantium asperarum, vel tumidarum vocalium concursus evitetur: ut sermo lævis à linguâ fluat & placidus, & æquali inæqualium sonorum harmoniâ aures demulceat, fortiterq; mentem afficiat & persuadeat; quod *artis oratoriæ* institutum est; at *maxima* adhibenda sit *cura*, nè sensus simul reddatur obscurus & constructio intricata; ut latinè frequentiùs accidere solet ob diversitatem casuum & concordantiæ; ut,

Sunt oculos clari qui cernis sydera tanquam.

Whatsoever dividi possit & dictio vel clausula interseratur; ut, *what person soever*, quæcunq; persona. *What management of affairs soever*, qualiscunq; rerum administratio.

CAP. IX.

De *Vocabulorum accidentibus*.

PArtibus orationis pertinent derivatio, compositio, accentus. *De derivatione*, quatenus ad grammaticam spe-

spectat, jam satis alibi diximus: de variis ramis *ex eâdem radice*, oriundis, quales sunt *kin* affinis, cognatus; *kindred* affinitas, cognatio; *kind* genus, humanus, *kindness* humanitas; *unkind* inhumanus. *Babe* infans, *baby* infantulus, *babble* garrio, *babler* garrulus, *bawble* nugæ, &c. ad dictionarium Skinneri Etymologicum, lectorem allegabo.

De Compositis.

De compositione integralium superiùs *Cap.* 3. *Sect.* 2. item de pronominibus & præpositionibus inter se connexis in suis locis dictum est Præpositiones quæ in compositione usurpantur, sunt 1. *Con* [*cog. co. col. com.*] significat simul, cum; ut *commerce* commercium, *concourse* concursus: Præter *cohibit* cohibeo, *commit* committo, *compass* complector, *complaisance* urbanitas, *consolation* consolatio, *contemn* contemno, *content* satisfactio, *conserv* conservo, quæ tamen concomitantiam innuere videntur. 2. *dis* [*di*] privationem, separationem vel negationem; ut *dislike* reprobo, *disease* morbus, *disquiet* ægritudo. 3. *de* plerumq; privationem vel deorsum, ut *despair* despero, *devest* de-

veſtio, *depoſe* depono, *deſcend* deſcendo, in his autem ſenſum auget *demonſtrat* demonſtro, *denominat* denomino, *denote* denoto; atq; his ſenſum dat tranſitivum; *delineat* delineo, *demean* gero, *deprave* depravo, *deride* derideo, *defraud* defraudo, *deplore* deploro, *depopulat* depopulo, *deſign* ſtatuo. 4. *ex* [*ef é*] plerumq; terminum à quo, vel eundem ſenſum, quem obtinet extra compoſitionem; ut, *example* [*ab ex amplo*] exemplum, *explain* explico; in verbis aliquando ſenſum auget; ut, *exceed* excedo, *excel* excello, *exalt*-o, *exagitat*, *exaggerat*, *exaſperat*. 5. *In* [*il. im. en. ir.*] ingreſſum, at frequentiſſimè deſtructionem vel non; ut *inſenſible* inſenſibilis, *inſight* inſpectio: & verba conſtituit tranſitiva, quæ uſitatiùs in anglicanâ compoſitione ſcribimus cum *em en*; ut *embaſe* deprecio mixturâ, *embolden* animo, *emboſs* lamino, *immure* intra muros occludo, *enable* corroboro, *encamp* caſtra metari, *encounter* mutuò aggredior, *endamage* noceo, *endebt* debitum contraho, *endent* ſinuo, paciſcor; *indurate* induro, *endorſe* in dorſum ſcribo, *inflame* inflammo, *infeeble* debilito, *endanger* periclitor, *enforce* impello, *engender* genero, *engraft* inſero,

ro, *enrage* irrito, *enrich* dito, *enſnare* illaqueo, *enroll* conſcribo, *endow* doto, *endue* induo. 6. *Ob* [*oc of*] variè accipitur, *object* objectum, *obſcene* obſcœnus, *obſolete* obſoletus, *obſerv* obſervo, *obtain* obtineo, *oblong* oblongus, *obliterat* oblitero. 7. *Over* locum vel ſtatum ſuperiorem, aut exceſſum; ut *overſee* inſpicio, *over-rule* ſuperintendo, *over-charge* opprimo, *over-*[*upper*] *moſt* ſupremus, *overhaſty* præproperus. 8. *Under* locum inferiorem; ut, *undermoſt* infimus, *underprop* ſuffulcio: Excipe *underſtand* intelligo, *undertake* ſuſcipio. 9. *Out* exceſſum vel extra; ut, *outlandiſh* extraneus, *outlawed* proſcriptus, *outrage* furor, *outcry* exclamatio. 10. *Pre* prioritatem vel ante; ut *preſume* præſumo, *preſuppoſe* præſuppono, idem *fore*; ut *foreſpeech* præfatio, *foreknow* prænoſco, *foreman of a Jury* præ-Jurator, *forego* præeo, at *forgo* [*let go*] dimitto. 11. Pauca cum *poſt*, *poſterity* poſteritas, *poſtſcript* poſtſcriptum. 12. *With* contra, retro; ut *withſtand* reſiſto, *withhold* detineo, *withdraw* [*draw back*] detraho. 13. *Re.* iterum, retro; ut *reclaim* [*keep back*] reduco, *abſtain* [*keep back* neutrum] abſtineo, *repeat* [*ſay again*] repeto. 14. *Un.* frequentiſſimè

 tiſſimè

tissimè non; ut [*untrue*] falsus, *unpossible* impossibilis, cum pluribus aliis: aliquando dissolutionem aut privationem ut *unty* denodo, *unlace* resibulo, *unlearn* dedoceo, *unpeople* depopulor.

Ad hæc, 1. *Miss* malè, *misgive* malè ominari, *mistake* erro. 2. *Monger*, *cheesmonger* casearius, *fishmonger* piscarius, *ironmonger* mercator ferrarius. 3. *Less*, *bootless* inanis, *comfortless* desolatorius, *doubtless* indubitatè, *heartless* excors, *speechless* elinguis, *restless* inquietus, *witless* insulsus. 4. *A* at seu *in*; ut *abroad* foras [seu in amplo] *a-bed* in lecto, *abov* supra, [in super] *amongst* inter [in misturâ] vel *in* seu *about*; ut, *a-dying* in moriendo, moriturus; *a-going* in eundo, iturus. * 5. *Be* id est *by* in, propè, juxta (sicut *dis. re. un.*) extra compositionem non usurpatur; *before* ante, *behind* post, *beside* juxta, *beyond* ultra, *below* infra, *beneath* subter, *between* intra, *by-cause* quia. Verba item constituit transitiva, nempe, *becalm* sedo, *becom* decoro, *behead* decollo, *behold* [quasi oculo teneo] aspicio, *bely* calumnio, *bemoan* deploro, *beset* obsideo, *besmear* illino, *besot* infatuo, *bespawl* conspuo, *bespeak* præcuro, *besprinkle* aspergo, *betoken* portendo, *bewitch*

* Vel ponitur expletivè, *he was a speaking of*, &c.

witch fascino, *beshrew* imprecor; at *bethink* præmeditor, *bestir* conor sunt neutra. 6. *Counter* contrarietatem exadversùs; ut, *countermand* contrarium jubeo, *countermure* murus contra murum.

Si nostræ linguæ constitutionem penitus perpendamus tantam ejus fœlicitatem, tantam compositionum fertilitatem esse inveniemus; ut nativo ejus splendore multò fiat elegantior, quàm alieno fuco; nam monosyllaba sponte se offerunt in compositionem; ut Adjectivum cum substantivo; *Lip-wise*, *twi-light*, *handi-craft*, *soul-saving*, *New-ton.* Præpositio cum substantivo; *down-fall*, *down-lying*, *up-rising*, *gain-say*, *fore-speech*, Verbum cum nomine; *Draw-bridg*, *cut-throat*, *puff-cheek*, *tell-troth.* Pronomen cum nomine; *Self-love*, *self-wild*, *self-freedom.* Adverbium cum nomine; *There-about*, *where-fore.* * Et decomposita; *Not-with-standing*, *never-the-less*, *tennis-court-keeper*, *hand-cher-chief.* Et alium substantivum cum alio; *ey-sore*, *table-cloth*, *head-ach.* Cujusmodi plura recitantur sub adjectivis respectivis. Adeo ut ad luxuriem usq; (si ita lubent docti) copiosa reddatur: Hoc autem ad doctissimos relinquo.

* Etiam monosyllaba: *gruff* ex *grave* & *rough*; *whirl* ex *wheel* & *hurl*, *twinch* ex *twitch* & *pinch.*

De Accentibus.

Ratio accentûs in dissyllabis.

Usus *accentuum* sit duplex. 1. Accentus gravis descendens in dextram [`] sit nota *syllabæ* præ cæteris *elevatæ*; ut *còntrary* contrarius non *contràry.*

Accentus acutus ascendens in dextram, ita [′] sit signum syllabæ longæ

quæ occupat locum vocalis *productæ*; ut, *met*, occurrebam, *mét* cibus, metior; ubi occurrunt elevatio & productio in eâdem syllabâ, ibi utriusq; concursus denotetur circumflexo; ut *contrîve* machinor.

Reg. 1.

Quando terminatio monosyllabæ annectitur, vox primitiva sive prior syllaba accentuatur; ut *able*, *ish*, *full*, *less*, *ness*, *som*, *ward*, *y* vel *ly*; *notable* notabilis, *childish* puerilis, *faithful* fidelis, *faithless* perfidiosus, *greatness* magnitudo, *noisom* noxius, *backward* retrorsum, *hardy* strenuus, *hardly* ægrè, *hardly* pro *hardily* strenuè. Ita terminatio verborum & comparativi & superlativi gradus; ut *actest* agis, *acteth* agit, *acted* agebam, *acting* agens, *acter* actor: *soft* mollis, *softer* mollior, *softest* mollissimus.

Reg. 2.

Sic cum dyssyllaba exeunt in *er.* (Præter *defèr*, *refèr*, *prefèr*.) *or.* *ure.* vel *le.* *en.* quæ novam haud constituunt syllabam. Et in aliis etiam, ubi terminatio est composita additio, vel pars vocabuli minùs principalis ut *cart-rope* funis ductarius in plaustrorum usum, *likewise* similiter, *àlso* etiam, *àbbot* abbas.

1. Ex-

1. Excipe ſyllabas, quæ habent *e* longum, vel ſonum *ee*, *oo*, *ai* [in paucis ſcriptum *ey*] ut *degreè* gradus, *appèar* appareo, *frontièr* frons, *ſerène* ſerenus, *blaſphème* blaſphemo, *ſuprème* ſupremus, *terrène* terrenus, *it behòves* oportet, *maintain* ſuſtento, *obey* obedio. Ad hæc item *begin* incipio, *cajòle* adulatione perſuadeo, *carèſs* adamo, *caroùſe* epoto, *cemént* glutino, *collògue* adulor, *crèate* creo, *foment* foveo; *pedant* grammatiſta, *perdue* clam auſcultans jaceo, *ſalûte* ſalutem dico.

2. Excipe compoſita ex verbo, ubi verbum, ſive ſit prior aut poſterior ſyllaba, accentum vendicat; ut *backbîte* obtrecto, *backſlîde* tergiverſor, *brèakfaſt* jento, *càtch-poles* famelica animalia, *màkebate* ſuſurro, *partàke* participo, *paſport* libellus profectionis.

Reg. 3.

Quando præpoſitio monoſyllabæ præponitur vox primitiva accentum jure obtinet; ut *collegue* collega, *pollute* polluo; & in aliis quam plurimis ubi compoſitio facilè diſcerni poteſt; *a*, *al*, *as*, *be*, *de*, (præter *atom* atomus, *beſom* ſcopa, *decent* perdecorus, *deſcant* gloſſarium ago.) præpoſitionum ſequuntur formam:

Ex-

Excipiuntur *âbject* abjectus, *àccent* accentus, *àdjunct* adjunctum, *àdvent* adventus, *àspect* aſpectus, *còmmon* communis, *còmpact* fædus, *còmpaſs* circundo, *còncord* concordia, *còncourſe* concurſus, *conduit* aquæductus, *conſul*, *òffice* officium, *òffer* offero, *perfect* perfectus, *prelate* præſul, *pròduct* ſumma, *pròffer* offero, *pròfit* commodum, *progreſs* progreſſus, *prologue* prologus, *promiſe* promiſſum, *reliques* reliquiæ, *reſpit* mora, *ſubject* ſubjectum, ſubditus; *ſubſtance* ſubſtantia, *ſuburbs* ſuburbia, *ſùccour* ſuppetior, *ſuffer* ſuffero, *ſùrplice* ſuperpellicium, *ſynod* ſynodus, *ſyntax* ſyntaxis.

Reg. 4.

Si terminatio dictioni in compoſitione annectatur, ſyllaba, quæ priùs habebat, retinet accentum; ut *adjoin* adjungo, *adjoining* adjungens, *profit* commodum, *pròfitable* commodus.

Ratio accentus in Polyſyllabis.

Reg. 1.

Antepenultima licet præpoſitio, ſi penultima poſitione longa non ſit, gaudet tono, adeo ut cum diſſyllabica adjectio apponitur voci diſſyllabæ (in quâ prior ſyllaba habet accentum) tonus transfertur ad antepenultimam; ut *àc-*

tive

tive activus, *activity*; ita in cæteris omnibus quæ exeunt in *ty*. Cùm tamen *neſs* dictioni diſſyllabicæ additur (*prout in quam plurimis adjectivis*) accentus nunquam mutat locum; ut *rìghteous* juſtus, *rìghteouſneſs* juſtitia.

1. Excipe, cùm penultima poſitione longa fuerit, iſta ſibi tonum aſſciſcat; ut *accompliſh* perficio, *abandon* deſero, *ecliptic* eclipticus, *ignoble* ignobilis, *illuſtrate* illuſtro; & iſta quæ exeunt in *ure* præter *overture*.

2. Excipe, cùm penultima vocalem habuerit productam; ut, *affîance* fiducia, *affidavit*, *anòther* alius, *antecedent* antecedens, *armado* claſſis, *balcony* pars ædificii ſub dio prominens, *bravado* jactatio, *carbonàdo* carbonella, *cathèdral* cathedralis, *dandelîon* dens leonis, *horîzon* horizon, *obdurat* obduro, *apponent* apponens, *pellucid* pellucidus, *precedent* præcedens, *recûſant* ſacrifugus, *vagary* evagatio, *vicegèrent* vicegerens.

3. Excipe cùm penultimæ conſonans duplicata fuerit; ut *admòniſh* admoneo, *alrèady* jam, *apparel* veſtitus, *aſtòniſh* ſtupefacio, *conſider* conſidero, *continue* permaneo, *depòſit* depono, *imbèzil* decoquo, *immòdeſt* immodeſtus, *exhibit* exhibeo, *exòtic* exoticus, *narcòtic* narcoticus,

ticus, *replèvy* repigneratio, *retinu* sequela, *disinhèrit* exhæredo.

4. Excipe nonnulla, quæ ultimam elevant; ut *acquièsce* acquiesco, *advertíse* admoneo, *caveàr* ovum strurionis, *ap-com-prehènd* ap-com-prehendo, *condescènd* condescendo, *debonair* candidus, *complaisànce* urbanitas, *obsolète* obsoletus, *evermore* in æternum, *persevère* persevero, *subdivìde* divisum divido; Et quædam composita cum *dis:* ut *disregàrd* *disrespect* contemno, &c.

5. Excipe composita cum *over* quæ nunquam induit accentum, nec *under* præter *underling* inferior, *ùndermost* infimus, *ûnderwood* sylvæ cæduæ.

Reg. 2.

Syllaba, ante *i* pronunciatum ac *y*, & ante *ti*, *si*, *ci*, *ce* pronunciata ac *sh* vel *zh* (præter *ecclesiastical*) semper vendicat accentum; ut *circumcìsion*, *ocean* us, *magician* magicus.

Reg. 3.

Quædam nomina per translationem accentus mutantur in verba; ut *àbsent* absens, *absènt* o; *còllects* eclogæ, *collèct* colligo; *cònfines* confinia, *he confînes* limitat; *cònflict* conflictus, *to conflìct* confligo; *cònsort* harmonia, sodalis, *consòrt* associare; *ìncense* thus, *incènse* irrito

an

an oùtcaſt abjectus, to *outcàſt* præjicio; *prêmiſſes* præmiſſa, *premîſes* præmittit; *pròject* molimen, *to project* molior; *rê-fuſe* quiſquiliæ, *refùſe* renuo; *unit* unus, *unîte* unire; *fèrment* fermentum, *fer-mênt* fermento; *cònvert* proſelytus, *con-vèrt* converto; *tòward-boy* puer bonæ in-dolis, *towàrd-s* erga; *prèſent* præſens, *preſènt* offero; *òbject* objectum, *objèct* objicio; *ſùbject*-um, *ſubjèct* ſubjicio; *còn-teſt*, lis, *contèſt* litigo; *rècord* teſtimo-nium; *recòrd* conſcribo. Quibus addan-tur *cònjure* exorciſo, *conjùre* conjuro; *decent* decens, *deſcènt* deſcenſus; *minut* momentum, *minûte* parvus.

Reg. 4.

Nonnulla, quæ terminantur in *y* pro *e*, vocalium rapidiſſimâ; & *ble* quæ abſq; vocali ſonatur, duos poſſident accentus, unum in quartâ vel quintâ ſyllabâ, alte-rum priore languidiorem in penultimâ, ut '*Academy*, academia, *àcceſſòry* cul-pæ particeps, *àcrimòny* acrimonia, *àd-miràble* admirabilis, *àdverſàry* adverſa-rius, *àlimòny* alimentum, *àllegòry* alle-goria, *àmbulatòry* ambulatorius, *àmià-ble* amiabilis, *àmicàble* amicabilis, *ànni-verſàry* anniverſarius, *àntimòny* antimo-nium, *àntiquàted* antiquatus, *àpoplèxy* apoplexia, *àrbitràry* arbitrarius, *àudi-*

tòry

tòry auditorium, *àuxiliàry* auxiliarius, *hàbitàble* habitabilis, *hierarchy* hierarchia, *nècessàry* necessarius, *nècromancy* necromantia, *rèfractòry* refractorius, *sèdentàry* sedentarius, *sèptenàry* septenarius, *tèmperàment*-um, *spìrituàl-ity* spiritualitas: & omnia in *ness*.

Quædam promiscuè in hac vel illac syllabâ elevantur, qualia sunt *àdjacent* adjacens, *àcceptàble* gratus, *corrùptible*, corruptibilis, *gàllant* homo politus, *gazet* publica novitas; *confèssor*, *succèssor*, ut & Propria Nomina, *Abèdnego*, *Adrammelek*, *Bèlzebub*, *Cànaan*, *Capèrnaum*, *Cesàrea*, *Thessalònica*. Quæ, cùm Anglicanâ linguâ sint donata, ejus regulas sive formam subire debent, ut pronunciatio æqualis & sibi congrua videatur; ideoq; syllabas, quæ accentu pinguntur, (salvo tamen aliorum judicio) elevandas esse opinor. Atquæ hæc de *Accentibus* dicta sunto. Jam ut de sententiarum *accidentibus* pauca dicam, tantùm restat.

CAP. X.

De interpungendi ratione.

Sect. 1. MAgnus est interpunctionis usus, ut vel minimâ respiratione, qua sen-

ſententiam ſuſtinet; vel mediâ, quæ eam ſuſpendit; vel plenâ, quæ ſententiam deponit; ſenſus diſtinguatur. Sive, ut cui hæc vel illa dictio aut ſententia pertinet; innoteſcat: Exempli gratiâ, Regem occidere nolite timere bonum eſt. Ubi, ſive *timere* ad *nolite*, ſive ad *bonum eſt*, applicari debet, diſtinguat interpunctio. De interpunctione, inter ſe non penitùs conveniunt eruditi: at conſtructionis ratio, & multiplices ſententiarum diſtinctiones, ſex interpunctorum genera poſtulare videntur: nempe

1. *Periodum*, (præter iſtam, quæ orationes & minores item ſectiones claudit;) quæ ad imam literam ponitur, cujus nota eſt punctum. (.) 2. *Semiperiodum*, quæ puncto item ſignatur, ſed breviori lineæ intervallo, & ſequente litera minuſculâ. 3. *Colon*, quod ad caput & pedem literæ duobus notatur punctis. (:) 4. *Semicolon*, quod ad caput literæ ponitur, cujus nota eſt punctum cum ſemicirculo ſubjecto. (;) 5. *Comma*, quod ad mediam literam ſignatur ſemicirculo. (,) 6. *Semicomma*, quod eâdem notâ pingatur ſed minuſcula, & ad imam literam ponatur. (,)

1. *Pe-*

1. *Periodus* oſtendit ſententiam ſive ſimplicem ſive compoſitam eſſe abſolutam, velut cum loquimur de novo argumento ſive materiâ, ſine reſpectu ad ſententiam præcedentem; ut *Juſtitia eſt vinculum humanæ ſocietatis. Non qui parum habet: ſed qui plura cupit, pauper eſt.*

2. *Semiperiodus* eſt, cujus ſenſus refertur ad argumentum præcedens, at ejus conſtructio nullâ conjunctione jungitur, (*qualis ſcribendi modus magis magisq; in uſum hodiè venit,*) eòq; hîc verbum eſt principale prout in periodo; ut, *This life is wholly in order to another. Do but make ſure to live well, and there is no need of living long. To the purpoſe of preparation for another world the beſt life is longeſt.* Ubi, *therefore* & *for* omittuntur. In his, vel ſequens periodus, quaſi priori famuletur; vel poſterior quodammodo dependet à priori; ut, *ſiquid turpe feceris cum voluptate; voluptas abit, turpitudo manet. Siquid honeſtè feceris cum labore, labor abit honeſtas manet.*

3. *Colon* [membrum] ponitur inter dividentia membra periodi, ſicut inter protaſin [*propoſitionem*]& apodaſin [*redditionem*] ſive ſit 1. Inter propoſitionem & rationem; ut, *Virtus homines reddit fœliciſſimos: nam optimam, ipſam ag-*

acquirendi methodum præscribit. 2. Propositionem & consequentiam; ut *peccatum est mortale, quasi mors igitur, ipsa fugienda esse debet.* 3. Post propositionem concessivam, quando posterior est adversativa vel restrictiva; ut, *tuâ incedas viâ: at tuæ tandem te pænitebit viæ.* 4. Similitudinem & ejus applicationem; ut, *Prout lux oculis jucunda est: ita sapientum sermo cor exhilarat.* 5. Totum & ejus partes; ut, *Virtutes cardinales (vel si mavis virtutum affectiones,) sunt quatuor: Justitia quod unicuiq; quod suum est, tribuit: prudentia, quæ ad propositum assequendum, congrua eligit media: fortitudo, quæ omnia patitur & vincit impedimenta: temperantia, quæ omnes cohibet passiones, ne à recto rapiant & divertant.* 6. Deniq; inter partes periodi vel membra dividentia; ut, *Imprimis quomodo res se habent, videto: deinde quid faciendum sit, perspice: deniq; in ipsis administrandis, summam adhibeto curam; summum laborem.*

4. *Semicolon* ponitur inter Protasin & apodasin duplicatam; ut, *diligentia divitem; otium pauperem facit: nam prior colligit; alterum spargit.* Vel post subdivisiones, vel opposita in distinctione, vel disparata; ut, *Propria,*

 aliena;

aliena, publica, privata; ſacra, profana. Ubi interſpiratio minor eſt quam in colo, & major quam in commate.

5. *Comma* ponitur poſt clauſulas dependentes vel breviores ſententias, & propoſitiones compoſitas, ſive ſint conditionales, cauſales, vel relativæ; ſive copulativæ, disjunctivæ, vel diſcretivæ; quæ verbo principali junguntur, quæq; nec tota ſunt membra, nec ſemimembra: aut poſt dictiones, quæ ſententiæ locum ſupplent; ſive ſint nomina, verba, vel adverbia; ut, *ſol, terra, maria, aer, omneſq; creaturæ dei gloriam demonſtrant. Serius, ocius, neceſſe eſt cunctis mori.* Hoc item ponitur ubi

6. *Semicomma* poni debet, nempe 1. Ad tollendam ambiguitatem, quando dictiones ex ordine grammatico deturbantur, vel ad diverſa ſuppoſita referri poſſint. 2. Quando dictio vel clauſula aliæ ſententiæ interjicitur. 3. Poſt dictionem exegeticam, quæ præcedentem explicat. 4. Plerumq; ubi non pluribus punctis opus eſt, quam ſunt partes diſtinctæ in conſtructione, ſcilicet ubi tempus, locus, media, mos, vel aliæ circumſtantiæ actionis adduntur. 5. Poſt modum infinitivum, ſubſtantivum abſolutè poſitum, vel in appoſitione,

poſitione, & adjectiva activa & paſſiva; quæ cum poſt ſubſtantiva locantur, elliptica ſunt: horum unaquæque, ſententiæ ſupplet locum; ut, *Sed argumenta digerere, hoc verò munus eſt diſpoſitionis proprium*: pro *ut digerat*. *Rege imperante, fælix erat populus*: *dum imperabat rex*. *Sol, lucis origo, meridie defectu laborabat*: *qui eſt lucis origo*. *Deus judicia exercens, terræ incolas perterret*: *dum exercet*. *Cuſtodes, timore perculſi, facti ſunt ſicut mortui*: *qui erant perculſi*.

Interjectiones & vocativa, ante ſe atq; poſt ſe poſtulant ſemicomma; at ſi interrogatio, admiratio, vel exclamatio, vel vocativum claudat ſententiam; iſtiusmodi habeat notas, quales exigit ſententia. *Ex his ſequuntur hæ regulæ generales.* *Sect. 2.*

Unaquæq; ſententia, quamvis multiplex, quæ à priori neq; reſpectu conſtructionis nec ſenſûs dependet; unam habet periodum, & plures habere non debet. Principalis ſententia, quæ à priori reſpectu ſenſus, at non item conſtructionis, dependet; ſemiperiodus eſt. Majora ſententiæ membra colon exigunt. Minora Semicolon. Sententiæ breviores & dependentes comma poſtulant. Quæ de ordine grammatico turbantur,

vel vim sententiæ tacitè includunt; Semicomma.

Sin autem ad minutiora & magis particularia descendamus, nonnulla frequenter omitti interpuncta, & alia pro aliis (prout quisq; libet) promiscuè usurpari inveniamus. At ego verò regulas generales, quæ rerum necessitati respondeant (quibus exempla particularia adaptari possint) quæq; scripturam reddant, quàm maximè distinctam tradere consului.

Sect. 3. *De sententiarum accidentibus.*

Aliæ porro sunt notæ, quæ varias authoris affectiones, simul etiam sententias istas in pronunciando aliter efferri ostendunt : quales sunt, *parenthesis*, *parecthesis*, *erotesis*, *ecphonesis*, *emphasis*, *ironia*, *hyphen*.

1. *Parenthesis* est sermo sermoni, priusquam absolvatur, interjectus; qui nec à præcedente, nec à consequente, verbo, regantur; sed abesse possint salvâ sententiâ, quæ inter duas continetur curvas lineas : sic ( )

2. *Parecthesis* est explicatio cujusdam rei præcedentis; quæ continetur inter duas lineas angulares : ad hunc modum [ ]

3. *Ero-*

3. *Eroteſis* oſtendit, ſententiam eſſe propoſitam per modum quæſtionis: nota ejus eſt ?

4. *Ecphoneſis* eſt nota cujuſdam mirandi, vel impetus paſſionis cum vociferatione: qualis eſt !

5. *Emphaſis* demonſtrat vim cujuſdam dictionis vel dictionum præ cæteris, quæ plerumq; exprimitur characteribus, in magnitudine vel figurâ, à cæteris differentibus.

6. *Ironia* ſarcaſmus eſt, in quo, voces, in ſenſu propriæ ſignificationi contrario, intelligendæ ſunt: cujus deeſt nota, quæ hujuſmodi ſit ¡

7. *Hyphen* eſt nota oſtendens unionem duarum dictionum, vel ſyllabarum: qualis eſt -

Quibus addantur ſequentes, quæ ſcripturæ accidunt. *Sect.* 4.

1. *Aſteriſcus* refert lectorem ad alium locum, vel aliquid obſervandum eſſe demonſtrat *

2. Innuit additionem priori editione poſteriorem, vel authorem citatum, *hæc nota* "

3. Index indigitat aliquid obſervatu dignum. ☞

4. *Oſten-*

4. Oſtendit ubi, aliquid, quod omittitur, & alibi deſcribitur, inferri debet, *talis nota.* ^

5. Nota colliſionis indicat literam eliſam in fine dictionis apud latinos; ut, viv' hodie: at in principio & medio apud Anglos; ut, *it's* pro *it is* eſt; *ſhou'd* pro *ſhould* vellem.

6. Literæ capitales ponuntur 1 poſt periodum abſolutam. 2. In principio carminum vel commatum; aut 3. Propriorum nominum. 4. Aliquando voces vel ſententiæ emphaticæ ſcribuntur cum literis capitalibus. 5. Quædam ponuntur pro figuris: ut, I. V. X. L. C.

Quibus addatur *Dageſh forte*, quod denotat ſonum conſonæ duplicatum eſſe: cujus nulla apud nos datur nota. Exempla ſunt *Adage* adagium, *adamant* adamas, *adulation* adulatio, *agat* agates, *agitat* agito, *agony* agonia, *aliment* alimentum, *anagram* anagramma, *analyſis*, *anarchy* anarchia, *atom* atomus, *bavin* faſcis, *benefice* ſacerdotium, & alia cum *ben.* *Bigamy* bigamia, *blemiſh* macula, *camel* camelus, *capital*-is, *cavalry* equites in agmine, ob tutelam itinerantium; *cavil*-or, *citizen* civis, *comedy* comædia, *copy* exemplar,

devil

devil diabolus, *finical* nimiùm concinnus, *finish* finio, *generous* generosus, *habit* habitus, *insinuat* insinuo, *lapidary* lapidarius, *limit*-o, *liquid* liquidus, *liver* jecur, *malady* morbus, *mimic* mimicus, *moderat* moderor, *modern*-us, *modesty* modestia, *moralize* affabulor, *obit sermon* funebris oratio, *ominous* ominosus, *onerat* onero, *operat* operor, *peniteut* pænitens, *penury* penuria, *planet*-a, *policy* politia, *popular*-is, *poverty* paupertas, *promis*-sum, *regenerat* regenero, *synod*-us, *tenant* inquilinus, *tenement*-um, *trepan* pellicio in periculum, *trinity* trinitas, *vicar*-ius, *vigor*.

Sonus literæ *d* duplicatur; ut *stolidity*, *validity*, at rarissime duplicata scribitur. Ita *v* ut *quiver* trepido, pharetra; *rivet* depango, *several* disjunctus: sed nunquam scribimus *vv*. Et frequenter *l*, aliquando *n*; ut *equality* æqualitas, *iniquity*: & in hujusmodi à latinis in *as* derivatis. Et *c* pro *s* ut *acid*-us. Cum paucis aliis quæ alibi in hoc libello occurrunt. Quæ magis particulariter notavi, ut (*cæteris omissis rationibus*) tonum sive pronunciationem adjuvent. Jam *totum* meum per-

percurri *inſtitutum*; nec quicquam, de *linguâ Anglicanâ* addiſcendâ amplius neceſſarium tradi, vel de *grammaticâ ejus* diſcutiendum ſupereſſe video.

FINIS.



